CAJO
CORNELIO TACITO

VOLGARIZZATO

DA

LODOVICO VALERIANI

VOLUME QUARTO

FIRENZE

PER IL MAGHERI

1819.

STORIE

DI

C. CORNELIO TACITO

Qua pompa Tacitus . . . .
Sidon. *in Paneg. ad Anth.*

C. CORNELII

TACITI

HISTORIARUM

LIBER SECUNDUS

I. *Struebat jam fortuna, in diversa parte terrarum, initia caussasque Imperio: quod varia sorte, laetum Reip. aut atrox, ipsis Principibus prosperum, aut exitio fuit. Titus Vespasianus e Judaea, incolumi adhuc Galba, missus a patre, caussam profectionis* officium erga Principem, et maturam petendis honoribus juventam *ferebat. Sed vulgus fingendi avidum disperserat*, accitum in adoptionem. *Materia sermonibus, senium et orbitas Principis, et intemperantia civitatis, donec unus eligatur, multos destinandi. Augebat famam ipsius Titi ingenium, quantaecumque fortunae capax, decor oris cum quadam majestate, prosperae Vespasiani res, praesagia, responsa, et, inclinatis ad credendum animis, loco ominum etiam fortuita. Ubi Corinthi, Achajae urbe, certos nuntios accepit de interitu Galbae et aderant, qui arma Vitellii bellumque adfirmarent, anxius animo, paucis amicorum adhibitis, cuncta utrimque perlustrat.* Si pergeret in urbem, nullam officii gratiam, in alterius hono-

STORIE

DI

C. CORNELIO TACITO

LIBRO SECONDO

1. Preparava già la fortuna in altra parte del mondo principj e cause ed una dominazione, la quale con varia sorte fu lieta alla Repubblica o atroce, agli stessi Principi prospera o di rovina. Tito Vespasiano mandato di Giudea, vivo ancor Galba, dal padre, erasi mosso per venerare il Principe, e per la età di già matura agli onori. Ma il volgo, vago d'immaginare, lo bisbigliava *chiamato per l'adozione*. Nutriva le dicerìe la vecchiezza del Principe senza figli, e la sfrenatezza della città a destinarne molti sino che un se ne scelga. Accrescevane l'opinione l'indole di Tito stesso, capace d'ogni più grande fortuna, il vago aspetto con una certa maestà, le imprese prospere di Vespasiano, i presagj, gli oracoli [1], e in animi disposti a credere in luogo de' vaticinj le stesse casualità. Appena egli ebbe in Corinto, città d'Acaja, novella certa dell'uccisione di Galba, ed eravi chi mostravagli Vitellio in armi e già guerra, raccoltosi con pochi amici, tutto bilancia e considera. *Andando a Roma, niuno gli avrebbe grazia di un carico preso in ono-*

rem suscepti : ac se Vitellio , sive Othoni , obsidem fore. Sin rediret, offensam haud dubiam victoris : sed incerta adhuc victoria, et concedente in partes patre, filium excusatum. Sin Vespasianus Remp. susciperet, obliviscendum offensarum de bello agitantibus.

2. *His ac talibus inter spem metumque jactatum*, *spes vicit*. *Fuere*, *qui*, accensum desiderio Berenices Reginae, vertisse iter *crederent*. *Neque abhorrebat a Berenice juvenilis animus*. *Sed gerendis rebus nullum ex eo impedimentum*. *Laetam voluptatibus adolescentiam egit*, *suo quam patris imperio moderatior*. *Igitur oram Achajae et Asiae*, *ac laeva maris praetervectus*, *Rhodum et Cyprum insulas*, *inde Syriam*, *audentioribus spatiis petebat*. *Atque illum cupido incessit*, *adeundi visendique templum Paphiae Veneris*, *inclytum per indigenas advenasque*. *Haud fuerit longum*, *initia religionis*, *templi situm*, *formam Deae*, *neque enim alibi sic habetur*, *paucis disserere*.

3. Conditorem templi Regem Aerian *vetus memoria*, *quidam* ipsius Deae nomen id *perhibent*. *Fama recentior tradit*, a Cinyra sacratum templum, Deamque ipsam, conceptam mari, huc adpulsam. Sed scientiam artemque haruspicum accitam; et Cilicem Thamyram intulisse: atque ita pactum, ut familiae utriusque posteri caerimoniis praesiderent. *Mox*, *ne honore nullo regium genus peregrinam stirpem antecelleret*, *ipsa*, *quam intulerant*, *scientia hospites cessere ; tantum*

re d'un altro; ed ei vi sarebbe ostaggio o di Vitellio o d'Ottone. Retrocedendo, il vincitor ne sarebbe sicuramente adontato; ma pendendo ancor la vittoria, e dichiarandosi il padre per una parte, ne andrebbe il figlio scusato. Se Vespasiano poi sorgesse per la Repubblica, dimenticare le ingiurie chi tratta d'armi.

2. Da cosiffatti pensieri tra la speranza e la paura agitato, fu vinto dalla speranza. Alcuni tennero che l'amore di Berenice regina indietro lo richiamasse. Ed era il cuor giovanile acceso di Berenice; ma ciò non gli era d'impedimento agli affari: passò ne'piaceri allegra la gioventù, più costumato nell'imperio suo che del padre. Lasciato dunque l'Acaja, e l'Asia, e l'altre coste a sinistra, volgeasi a Rodi ed a Cipro, e con più ardita navigazione alla Siria. Ma bramosìa lo prese di recarsi in Pafo e visitarvi il tempio di Venere, celebrato da'paesani e stranieri. Non sarà vano [a] discorrere brevemente le origini di quel culto, la posizione del tempio, la forma, che tale altrove non mirasi, della Dea.

3. Un'antica tradizion vuole *fondator del tempio il re Aeria:* alcuni dicono *tal nome essere della Dea.* Più recente fama divulga, *che il tempio si consagrasse da Cinira, e che la Dea medesima concetta in mare a cotal luogo approdasse: ma di Cilicia recatavi la scienza e l'arte degli aruspicj, e introdottavi da Tamira, e a condizione che i posteri dell'una e l'altra famiglia ne amministrassero le ceremonie.* Poscia, perchè la stirpe reale di un qualche onore la forastiera

Cinyrades Sacerdos consulitur. Hostiae, ut quisque vovit; sed mares deliguntur. Certissima fides hoedorum fibris. Sanguinem arae obfundere vetitum. Precibus et igne puro altaria adolentur, nec ullis imbribus, quamquam in aperto, madescunt. Simulacrum Deae non effigie humana: continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum, metae modo, exurgens. Et ratio in obscuro.

4. *Titus spectata opulentia donisque regum, quaeque alia laetum antiquitatibus Graecorum genus incertae vetustati adfingit*, de navigatione *primum consuluit. Postquam* pandi viam et mare prosperum *accepit, de se per ambages interrogat, caesis compluribus hostiis. Sostratus* (*Sacerdotis id nomen erat*) *ubi laeta et congruentia exta, magnisque consultis annuere Deam, videt, pauca in praesens et solita respondens, petito secreto, futura aperit. Titus, aucto animo, ad patrem pervectus, suspensis provinciarum et exercituum mentibus, ingens rerum fiducia accessit. Profligaverat bellum Judaicum Vespasianus; oppugnatione Hierosolymorum reliqua, duro magis et arduo opere, ob ingenium montis et pervicaciam superstitionis, quam quod satis virium obsessis ad tolerandas necessitates superesset. Tres, ut supra memoravimus, ipsi Vespasiano legiones erant, exercitae bello: quatuor Mucianus obtinebat in pace; sed aemulatio et proximi exercitus gloria repulerat segnitiam: quantumque illis roboris discrimina et labor, tantum his vigoris addiderat integra quies, et in-*

avanzasse, cessero gli ospiti la stessa scienza apportatavi: solo consultasi il sacerdote Cinaride. Qualunque vittima accettasi, purchè maschia. Hassi gran fede alle viscere de'capretti. Non lice sparger di sangue gli altari: non vi si offre che suppliche e puro fuoco; nè pioggia mai, benchè all'aperto, l'imbagna. Non ha l'immagine della Dea forma umana; è un globo, che dalla base tondeggia, e si assottiglia in piramide: occulta n'è la ragione.

4. Tito, osservatone l'opulenza e i doni de're, e quante mai maraviglie, che il greco ingegno, borioso di cose antiche, sogna d'incerta e lontana età, si consigliò dapprima *sulla navigazione.* Posciachè intese *libero il corso e propizio il mare*, oscuramente di sè lo interroga, sagrificato assai vittime. Sostrato, tal era il nome del sacerdote, ove scorge fauste ed acconce le viscere e arridere a'gran disegni la Dea, risposto poche e solite cose allora, fattosi a solo, apregli l'avvenire. Tito, recatosi con maggior animo al padre, essendo ambigue e le provincie e gli eserciti, giunse grande conforto alle imprese. Avea la guerra giudaica sbaragliata già Vespasiano, restando sol Gerosolima ad espugnarsi: impresa più dura ed ardua per la natura del monte e l'ostinata superstizione, che per avanzarle forze da sostenere un assedio. Tre legioni, come già divisammo, avevasi Vespasiano, esercitate alla guerra: quattro reggevane Muciano in pace; ma l'emulazione e l'onor del vicino esercito le infiammavano: e quanto a quelle rischj e fatiche aggiunsero di gagliardìa, tanto di lena a queste maschio riposo e niun travaglio di guerra. Entrambi avevano ajuti e

expertus belli labor. Auxilia utrique cohortium alarumque, et classes Regesque, ac nomen dispari fama celebre.

5. *Vespasianus, acer militiae, anteire agmen, locum castris capere, noctu diuque consilio, ac, si res posceret, manu hostibus obniti; cibo fortuito, veste habituque vix a gregario milite discrepans: prorsus, si avaritia abesset, antiquis Ducibus par. Mucianum e contrario magnificentia, et opes, et cuncta privatum modum supergressa extollebant. Aptior sermoni, dispositu provisuque civilium rerum peritus, egregium Principatus temperamentum, si, demptis utriusque vitiis, solae virtutes miscerentur. Ceterum hic Syriae, ille Judaeae praepositus, vicinis provinciarum administrationibus, invidia discordes, exitu demum Neronis, positis odiis, in medium consuluere: primum per amicos; dein, praecipua concordiae fides, Titus, prava certamina communi utilitate aboleverat: natura atque arte compositus adliciendis etiam Muciani moribus. Tribuni Centurionesque, et vulgus militum, industria, licentia, per virtutes, per voluptates, ut cuique ingenium, adsciscebantur.*

6. *Antequam Titus adventaret, sacramentum Othonis acceperat uterque exercitus, praecipitibus, ut adsolet, nuntiis, et tarda mole civilis belli, quod longa concordia quietus Oriens tunc primum parabat. Namque olim validissima inter se civium arma, in Italia Galliave, viribus Occidentis coepta. Et Pompejo, Cassio, Bruto, Antonio, quos omnes trans mare secutum est ci-*

di cavalli e di fanti, ed armate, e re, e nome, chiaro per fama diversa.

5. Vespasiano, guerriero ardente, primo al marciare, saggio nell'accamparsi, dì e notte con il pensiero, e all'uopo pronto di mano contr'al nemico: mangiava come imbattevasi: nel vestire, appena si distingueva da un fante: a'capitani antichi, trattone l'avarizia, del tutto eguale. Muciano per lo contrario magnificenza, opulenza, e vita in tutto più che privata, inalzavano: miglior parlatore: a provvedere, e a disporre i civili affari espertissimo: egregio temperamento di principato, se, tolti i vizj, le virtù sole di entrambi si mescolassero. Ma questi governator della Siria, quegli della Giudea, per il vicino governo di gelosìa discordi, alfine, morto Nerone, deposti gli odj, al ben comune provvidero, prima per via d'amici; poi Tito, principal vincolo di concordia, con iscambievole utilità le malvage gare distrusse, tal per natura ed arte da guadagnarsi anche l' animo di Muciano. I tribuni, i centurioni, e i soldati con la industria, con la licenza, colle virtù, co' piaceri, secondo l' inclinazione di ciascheduno, prendevansi.

6. Prima che Tito giugnesse, ambo gli eserciti avean giurato ad Ottone per le novelle di lor natura veloci, e per lo tardo muoversi di civil guerra, che allor per la prima volta l'Oriente, quieto per lunga pace, apprestava. Poichè le guerre, già gagliardissime de' cittadini tra loro, in Italia o in Gallia, con le forze scoppiarono d' Occidente. Ed a Pompeo, a Cassio, a Bruto, ad Antonio, i quali

vile bellum, haud prosperi exitus fuerant. Auditique saepius in Syria Judaeaque Caesares, quam inspecti. Nulla seditio legionum: tantum adversus Parthos minae, vario eventu. Et proximo civili bello, turbatis aliis, inconcussa ibi pax: dein fides erga Galbam. Mox, ut Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas raptum ire, *vulgatum est, ne penes ceteros imperii praemia, penes ipsos tantum servitii necessitas esset, fremere miles, et vires suas circumspicere. Septem legiones statim, et cum ingentibus auxiliis Syria Judaeaque: inde continua Aegyptus, duaeque legiones: hinc Cappadocia Pontusque, et quidquid castrorum Armeniis praetenditur. Asia, et ceterae provinciae, nec virorum inopes, et pecuniae opulentae. Quantum insularum mari cingitur, et parando interim bello secundum tutumque ipsum mare.*

7. *Non fallebat Duces impetus militum: sed, bellantibus aliis, placuit expectari belli exitum.* Victores victosque numquam solida fide coalescere. Nec referre, Vitellium an Othonem superstitem Fortuna faceret. Rebus secundis etiam egregios Duces insolescere. Discordiam his, ignaviam, luxuriem; et suismet vitiis alterum bello, alterum victoria periturum. *Igitur arma in occasionem distulere, Vespasianus Mucianusque nuper, ceteri olim mixtis consiliis: optimus quisque amore Reipublicae; multos dulcedo praedarum stimulabat; alios ambiguae domi res. Ita boni malique, caussis diversis, studio pari, bellum omnes cupiebant.*

tutti seguì la civil guerra oltre mare, non lieto fine s'avvenne. Ed in Siria e nella Giudea s'erano i Cesari più spesso uditi che visti. Niuna sollevazion di legioni: sol contr' a' Parti minacce, con vario fine. E nell'ultima civil guerra, sol quivi nello scompiglio del mondo fu salda pace; poi fede a Galba. Allora, divulgatosi appena, *che Ottone e Vitellio erano con scellerate armi per isbranar la repubblica*, perchè non si avesser gli altri i premj del principato, essi la sola necessità di servire, incominciarono a fremere, ed a guardar le lor forze. Sette legioni pronte, e la Giudea e la Siria con grandi ajuti: quindi il contiguo Egitto con due legioni: quinci la Cappadocia ed il Ponto, e quante armi fronteggiano mai l' Armenia. L' Asia e l' altre provincie, nè scarse d'uomini, e di danajo abbondanti, e quante isole cinge il mare; e lo stesso mare sicuro e comodo ad apprestare la guerra.

7. Non ignoravano i capitani l' impeto de' soldati; ma, guerreggiando altri, piacque di aspettar l' esito della guerra: *non unir mai salda fede i vincitori ed i vinti: nulla importare, se la fortuna lasci Vitellio in vita od Ottone. Anche i miglior capitani per le prosperità insolentiscono. Essere questi discordi, inerti, voluttuosi: e pe' suoi vizj stessi un con la guerra, l' altro rovinerebbesi con la vittoria*. Differirono dunque l' armi alla opportunità, Vespasiano e Muciano; essi di fresco, gli altri già prima, unitisi di consiglio; gli ottimi per amore della repubblica; spronava molti l' avidità di predare, altri le angustie domestiche. Così buoni e tristi, per varie cause, con ardor pari, bramavan tutti la guerra.

8. *Sub idem tempus Achaja atque Asia falso exterritae, velut Nero adventaret: vario super exitu ejus rumore, eoque pluribus vivere eum fingentibus credentibusque. Ceterorum casus conatusque in contextu operis dicemus. Tunc servus e Ponto, sive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia, citharae et cantus peritus (unde illi, super similitudinem oris, propior ad fallendum fides) adjunctis desertoribus, quos inopia vagos ingentibus promissis conruperat, mare ingreditur: ac, vi tempestatum Cythnum insulam detrusus, et militum quosdam ex Oriente commeantium adscivit, et abnuentes interfici jussit, et, spoliatis negotiatoribus, mancipiorum valentissimum quemque armavit. Centurionemque Sisennam, dextras, concordiae insignia, Syriaci exercitus nomine ad praetorianos ferentem, variis artibus adgressus est: donec Sisenna, clam relicta insula, trepidus et vim metuens aufugeret. Inde late terror, multis ad celebritatem nominis erectis, rerum novarum cupidine, et odio praesentium.*

9. *Gliscentem in dies famam fors discussit. Galatiam ac Pamphyliam provincias Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat. Datae e classe Misenensi duae triremes ad prosequendum, cum quibus Cythnum insulam tenuit. Nec defuere, qui trierarchos nomine Neronis accirent. Is in maestitiam compositus, et* fidem suorum quondam militum *invocans*, ut eum in Syria, aut Aegypto sisterent, *orabat. Trierarchi nutantes, seu dolo*, adloquendos sibi milites, et paratis

8. In su quel tempo l'Acaja, e l'Asia impaurirono, come se Nerone appressasse, pel romor vario sulla sua morte, e perciò molti fingendol vivo e credendolo. Gli sforzi e i casi degli altri direm nel corso dell' opera. Allora un servo del Ponto, o, come altri dissero, un libertino d' Italia, dotto di canto e di cetera (lo che, oltre alla simiglianza del volto, accrebbe fede all' inganno) con alquanti disertori, raminghi per indigenza, e da lui con gran promesse corrotti, entra in mare: e dalla furia delle tempeste cacciato all'isola Citno, ed unì seco alcuni soldati che ne venivan d' Oriente, e comandò s' uccidessero i riottosi: e, saccheggiati i mercanti, armò gli schiavi di maggior nervo. Tentò con varj artifizj il centurione Sisenna, che in nome dell' esercito Siro recava a' Pretoriani le destre, simbolo di concordia: sinchè Sisenna impaurito, e temendo di violenza, fuggì nascosamente dall' isola: quindi il terrore si dilatò, levatisi molti al grido di tanto nome, per brama di cose nuove, e per odio delle presenti.

9. Il caso spense tal voce, che via via rinforzava. Avea Galba dato a Calpurnio Asprenate il governo della Galazia e Panfilia, e a scorta datogli dell' armata di Miseno due navi, con le quali afferrò l'isola Citno. Nè mancò chi i capitani delle galee a nome di Nerone invitasse. Quegli dolente in vista, e *de' soldati già suoi* invocando *la fedeltà*, pregava *che nella Siria o in Egitto il ponessero*. I capitani dubbiosi, o per ingannarlo, dissero *di parlarne a' soldati*, *e convenuto con essi ritornerebbo-*

omnium animis reversuros, *firmaverunt*. *Sed Asprenati cuncta ex fide nuntiata. Cujus cohortatione expugnata navis, et interfectus quisquis ille erat. Corpus, insigne oculis comaque et torvitate vultus, in Asiam, atque inde Romam pervectum est.*

10. *In civitate discordi, et, ob crebras Principum mutationes, inter libertatem ac licentiam incerta, parvae quoque res magnis motibus agebantur. Vibius Crispus, pecunia, potentia, ingenio inter claros, magis quam inter bonos, Annium Faustum, Equestris ordinis, qui temporibus Neronis delationes factitaverat, ad cognitionem Senatus vocabat. Nam recens, Galbae principatu, censuerant Patres,* ut accusatorum caussae noscerentur. *Id Senatusconsultum varie jactatum, et, prout potens vel inops reus inciderat, infirmum aut validum retinebatur. Ad hoc terroris et propria vi Crispus incubuerat, delatorem fratris sui pervertere: traxeratque magnam Senatus partem,* ut indefensum et inauditum dedi ad exitium *postularent. Contra apud alios nihil aeque reo proderat, quam nimia potentia accusatoris:* dari tempus, edi crimina, quamvis invisum ac nocentem, more tamen audiendum, *censebant. Et valuere primo, dilataque in paucos dies cognitio. Mox damnatus est Faustus, nequaquam eo adsensu civitatis, quem pessimis moribus meruerat. Quippe ipsum Crispum easdem accusationes cum praemio exercuisse meminerant. Nec poena criminis, sed ultor displicebat.*

no. Ma fedelmente tutto scopersero ad Asprenate, che gli spinse ad espugnar la nave ed ucciderlo chicch'e' fosse. Il corpo, insigne per occhi e chioma e tremendo aspetto, fu trasportato in Asia, indi a Roma.

10. Nella città discorde, e per lo spesso variar di principi incerta fra la licenza e la libertà, le picciole cose ancora con grandi agitazioni trattavansi. Vibio Crispo, per opulenza potenza e ingegno fra' chiari più che fra' buoni, citava innanzi al Senato Annio Fausto, del grado equestre, come spia sotto Nerone; poichè dianzi nel principato di Galba avean decretato i Padri *che si trattasser le accuse contro le spie*. Questo decreto fu variamente agitato; e, secondochè fosse vile o potente il reo, teneasi in forza o crollava. Al terrore di un tal decreto ogni sua forza unì Crispo per atterrare l'accusatore di suo fratello; ed assai Padri avea tratto ad insistere *che senz' esame e difesa a morte si condannasse*. Ma nulla più gli giovò presso gli altri quanto il potere eccessivo del querelante: volevano, *si desse tempo, si producessero le reità: dovesse, quantunque odioso e colpevole, secondo l'uso ascoltarsi*. E questi in prima prevalsero, e prolungossi la causa per pochi dì: poi Fausto fu condannato; ma non con assenso tale della città, quale i costumi suoi meritavano: chè rammentavansi che Crispo stesso aveva a prezzo trattate le stesse accuse: nè la pena, ma l'esattor della pena disaggradava.

11. *Laeta interim Othoni principia belli, motis ad imperium ejus e Dalmatia Pannoniaque exercitibus. Fuere quatuor legiones, e quibus bina millia praemissa; ipsae modicis intervallis sequebantur: septima a Galba conscripta; veteranae undecima ac tertiadecima, et praecipua fama Quartadecumani, rebellione Britanniae compressa. Addiderat gloriam Nero, eligendo, ut potissimos. Unde longa illis erga Neronem fides, et erecta in Othonem studia. Sed, quo plus virium ac roboris, e fiducia tarditas inerat. Agmen legionum alae cohortesque praeveniebant. Et ex ipsa urbe haud spernenda manus, quinque praetoriae cohortes, et equitum vexilla cum legione prima: ac deforme insuper auxilium, duo millia gladiatorum, sed per civilia arma etiam severis Ducibus usurpatum. His copiis rector additus Annius Gallus, cum Vestricio Spurinna ad occupandas Padi ripas praemissus: quoniam prima consiliorum frustra ceciderant, transgresso jam Alpes Caecina, quem sisti intra Gallias posse speraverat. Ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora, cum ceteris praetoriis cohortibus, veterani e praetorio, classicorum ingens numerus. Nec illi segne aut conruptum luxu iter: sed lorica ferrea usus est, et ante signa pedester, horridus, incomptus, famaeque dissimilis.*

12. *Blandiebatur coeptis Fortuna, possessa per mare et naves majore Italiae parte, penitus usque ad initium maritimarum Alpium. Quibus tentandis, adgrediendaeque provinciae Nar-*

11. Prospera intanto ad Ottone incominciava la guerra, mossisi di Dalmazia e Pannonia al suo comando gli eserciti. Furono quattro legioni, di cui marciavano innanzi due mila fanti; seguìali a brevi distanze il resto: la settima posta da Galba; le veterane undecima e tredicesima; e la quattordicesima, di gran nome per la ribellione compressa della Brettagna. Le accrebbe gloria Nerone, per la migliore scegliendola: donde fedele a Nerone tennesi, e ardentemente si dichiarò per Ottone. Ma, quanto di maggior forza, eran per confidenza più tarde: cavalli e fanti ausiliarj precedevan la mossa delle legioni. Forza non vile muoveva da Roma stessa, cinque coorti pretorie, e con la prima legione le insegne dei cavallieri, e duemila gladiatori oltracciò, turpe ajuto, ma nelle guerre civili anche da gravi capitani adoprato. Fu dato loro per condottiere Annio Gallo, spedito innanzi con Vestricio Spurinna ad occupar le rive del Po; riusciti i primi disegni vani per aver già varcate l'Alpi Cecina, ch'egli sperò fermare dentro le Gallie. Accompagnavan lo stesso Ottone guardia sceltissima, i pretoriani antichi, e gran numero dell'armata. Nè il suo marciare fu lento, o da mollezza corrotto: ma chiuso in ferrea corazza, e a piedi innanzi alle insegne, orrido, rabbuffato, e da sè stesso diverso.

12. Arrideva alle imprese sue la fortuna, occupata con le navali forze la maggior parte d'Italia in sino appiè dell'Alpi marittime, a cimentar le quali e ad assaltar la Gallia Narbonese deputò

bonensi, Suedium Clementem, Antonium Novellum, Aemilium Pacensem Duces dederat. Sed Pacensis per licentiam militum vinctus: Antonio Novello nulla auctoritas. Suedius Clemens ambitioso imperio regebat, ut adversus modestiam disciplinae conruptus, ita praeliorum avidus. Non Italia adiri, nec loca sedesque patriae videbantur: tamquam externa litora, et urbes hostium urere, vastare, rapere: eo atrocius, quod nihil usquam provisum adversum metus. Pleni agri, apertae domus. Occursantes domini juxta conjuges et liberos, securitate pacis, et belli malo circumveniebantur. Maritimas tum Alpes tenebat Procurator Marius Maturus. Is concita gente (nec deest juventus) arcere provinciae finibus Othonianos intendit. Sed primo impetu caesi disjectique montani, ut quibus, temere collectis, non castra, non Ducem noscitantibus, neque in victoria decus esset, neque in fuga flagitium.

13. *Inritatus eo proelio Othonis miles vertit iras in municipium Albium Intemelium. Quippe in acie nihil praedae: inopes agrestes, et vilia arma: nec capi poterant, pernix genus, et gnari locorum. Sed calamitatibus insontium expleta avaritia. Auxit invidiam praeclaro exemplo foemina Ligus, quae filio abdito, cum simul pecuniam occultari milites credidissent, eoque per cruciatus interrogarent* ubi filium occuleret? *uterum ostendens*, latere *respondit. Nec ullis deinde terroribus, aut morte, constantiam vocis egregiae mutavit.*

capitani Suedio Clemente, Antonio Novello, Emilio Pacense. Ma Pacense dalla licenza de' soldati fu imprigionato: di niun' autorità Novello: trattavali mollemente per ambizione Suedio, quanto corrotto rispetto alla militar disciplina, altrettanto avido di battaglie. Non pareva che per Italia, nè per natìe regioni avanzassero: come stranieri lidi, e città nemiche bruciavano, devastavano, rapinavano; tanto più atrocemente, quanto niun luogo era in guardia contro a' pericoli. Pieni di biade i campi, le case aperte: andando i possessori all' incontro con le mogli e con i figliuoli, in sicurezza di pace alle ruine esponevansi della guerra. Reggeva allora l' Alpi marittime Mario Maturo procuratore. Sollevata ei la nazione (nè manca di gioventù) avvisossi di allontanar gli Ottoniani dalla provincia. Ma al primo scontro furono gli Alpigiani trucidati e dispersi, siccome uomini, che a romore raccolti, non conoscendo campo, non capitano, nè si recavano a gloria il vincere, nè a vituperio il fuggire.

13. Irritato da tal battaglia, lo sdegno degli Ottoniani gittossi su Ventimiglia: chè non offriva bottino il campo: villani poveri, ed armi vili: nè prendere si potevano uomini velocissimi, e pratici del paese; ma con lo strazio degl' innocenti saziarono l' avarizia. Ne accrebbe l' odio con fatto illustre una femmina di Liguria, la qual, celato il figliuolo, ed i soldati credendo avesse con lui nascosto il danajo, e con tormenti chiedendole *ove il figliuolo occultasse*, mostrando il ventre, *qui*, disse; nè strazio o morte la smosse da quella egregia parola.

14. Imminere provincia Narbonensi, in verba Vitellii adactae, classem Othonis, *Fabio Valenti trepidi nuntii adtulere. Aderant legati coloniarum, auxilium orantes. Duas Tungrorum cohortes, quatuor equitum turmas, universam Treverorum alam cum Julio Classico, Praefecto, misit, e quibus pars in colonia Forojuliensi retenta, ne, omnibus copiis in terrestre iter versis, vacuo mari classis adceleraret. Duodecim equitum turmae, et lecti e cohortibus, adversus hostem iere: quibus adjuncta Ligurum cohors, vetus loci auxilium, et quingenti Pannonii nondum sub signis. Nec mora praelio: sed acie ita instructa, ut pars classicorum, mixtis paganis, in colles mari propinquos exurgeret; quantum inter colles ac litus aequi loci, praetorianus miles expleret; in ipso mari ut annexa classis, et pugnae parata, conversa et minaci fronte praetenderetur. Vitelliani, quibus minor peditum vis, in equite robur, Alpinos proximis jugis, cohortes densis ordinibus post equitem locant. Treverorum turma obtulere se hosti incaute, cum exciperet contra veteranus miles, simul a latere saxis urgeret apta adjaciendum etiam paganorum manus: qui sparsi inter milites, strenui ignavique, in victoria idem audebant. Additus perculsis terror, invecta in terga pugnantium classe. Ita undique clausi: deletaeque omnes copiae forent, ni victorem exercitum adtinuisset obscurum noctis, obtentui fugientibus.*

15. *Nec Vitelliani, quamquam victi, quievere: accitis auxiliis, securum hostem, ac succes-*

14. A Fabio Valente, *soprastar l'armata d'Ottone alla Provincia Narbonese già dichiaratasi per Vitellio*, sbigottiti messi annunziarono. Ad implorare ajuto eran giunti i Legati delle Colonie. Spedì due squadre di Tungri, quattro compagnie di cavalli, l'intera cavalleria de' Treviri con Giulio Classico capitano: di queste parte ritennesi nella Colonia Frejense, perchè l'armata, muovendo tutte le forze per terra, per il mar libero non s'affrettasse. Dodici compagnie di cavalli, e il nervo delle coorti marciaron contro il nemico: a cui s'aggiunse una coorte di Liguri, antica guardia del luogo, e cinquecento Pannonj, non ancor sotto le insegne. Nè s'indugiò la battaglia; ma con l'esercito così disposto, che parte de' soldati d'armata, misti a' villani, tenesse i colli vicini al mare; i pretoriani occupassero quanto fra i colli e il lido distendesi; nel mare istesso l'armata, apprestata e pronta a combattere, minacciasse di su le prore il nemico. I Vitelliani, inferiori di fanteria, di cavalleria poderosi, pongono gli Alpigiani sulle vicine eminenze, e le coorti serrate dietro i cavalli. I cavalli Treviri incautamente si esposero all'inimico, urtando ne' veterani, e travagliati insieme ne' fianchi da' sassi de' contadini, buoni ancor essi a scagliarli, che, tramischiati a' soldati, buoni e codardi, lo stesso ardivano nella vittoria. Crebbe agli abbattuti terrore l'armata mossa ad investirli alle spalle. Così d'ogni banda chiusi, v'erano tutti spenti, se la oscurità della notte occorsa a' fuggenti non raffrenava l'esercito vincitore.

15. Nè benchè vinti posano i Vitelliani: chiamano ajuti, ed assaltano l'inimico, sicuro e più trascurato

su rerum socordius agentem, invadunt. Caesi vigiles, perrupta castra, trepidatum apud naves; donec, sidente paullatim metu, occupato juxta colle defensi, mox inrupere. Atrox ibi caedes, et Tungrarum cohortium Praefecti, sustentata diu acie, telis obruuntur. Ne Othonianis quidem incruenta victoria fuit, quorum improvide secutos conversi equites circumvenerunt. Ac velut pactis induciis, ne hinc classis, inde eques subitam formidinem inferrent, Vitelliani retro Antipolim, Narbonensis Galliae municipium; Othoniani Albingaunum interioris Liguriae revertere.

16.*Corsicam, ac Sardiniam, ceterasque proximi maris insulas, fama victricis classis in partibus Othonis tenuit. Sed Corsicam prope adflixit Decimi Pacarii Procuratoris temeritas, tanta mole belli, nihil in summam profutura, ipsi exitiosa. Namque, Othonis odio, juvare Vitellium Corsorum viribus statuit, inani auxilio, etiam si provenisset. Vocatis principibus insulae, consilium aperit: et contradicere ausos, Claudium Phirricum, trierarchum Liburnicarum ibi navium, Quinctium Certum, Equitem Romanum, interfici jubet. Quorum morte exterriti, qui aderant, simul ignara et alieni metus socia imperitorum turba, in verba Vitellii juravere. Sed, ubi delectum agere Pacarius, et inconditos homines fatigare militiae muneribus occoepit, laborem insolitum perosi, infirmitatem suam reputabant:* insulam esse, quam incolerent, et longe Germaniam viresque legionum: direptos vastatosque clas-

per la vittoria: ammazzan le sentinelle, sforzano il campo, impauriscon l'armata: sinchè sedandosi a poco a poco il timore, protetti da un vicin colle occupato, di là scagliaronsi alfine su gli aggressori. Fu quivi strage crudele; e i capitani de' Tungri, rettone a lungo l'impeto, caddero tempestati. Ma neppur gli Ottoniani s'ebbero lieta vittoria; perchè i cavalli rivoltisi ne invilupparon quanti il nemico furiosamente incalzavano. E come patteggiato per tregua, che nè quinci l'armata, quindi la cavalleria prorompesse improvisamente, i Vitelliani dietro ad Antibo, città della Narbonese, gli Ottoniani in Albenga della Liguria interiore, si ritirarono.

16. La fama della vittoriosa armata tenne fedeli ad Ottone la Corsica e la Sardegna, e l'altr'isole del mar vicino. Ma fu la Corsica pressochè disertata dalla temerità di Decimo Pacario procuratore; la qual non era per giovar nulla al successo di tanta guerra, ed a lui fu rovinosa. Poichè per odio ad Ottone pensò d'ajutar Vitellio con le forze de'Corsi; soccorso vano, benchè gli fosse avvenuto. Chiamati i primi dell'Isola, spiega il disegno, ed osando opporglisi Claudio Tirrico là capitano de'brigantini, e Quinzio Certo cavaliere romano, fa ucciderli: per la qual morte quanti eran là sbigotitti, e il volgo degl'imperiti, che nell'altrui ignoranza all'altrui paura partecipavano, giuraron fede a Vitellio. Ma diessi appena Pacario ad arruolar que' selvaggi, ad aggravarli co'carichi della milizia, sdegnando il travaglio insolito, la debolezza loro consideravano; *abitar essi un' Isola: essere la Germania, e le forze delle legioni, lontane: messi pur dall' ar-*

se, etiam quos cohortes alaeque protegerent. *Et aversi repente animi: nec tamen aperta vi, aptum tempus insidiis legere. Digressis, qui Pacarium frequentabant, nudus et auxilii inops, balineis interficitur: trucidati et comites. Capita, ut hostium, ipsi interfectores ad Othonem tulere. Neque eos aut Otho praemio adfecit, aut punivit Vitellius, in multa conluvie rerum majoribus flagitiis permixtos.*

17. *Aperuerat jam Italiam, bellumque transmiserat, ut supra memoravimus, ala Syllana, nullo apud quemquam Othonis favore; nec quia Vitellium mallent: sed longa pax ad omne servitium fregerat, faciles occupantibus, et melioribus incuriosos. Florentissimum Italiae latus, quantum inter Padum Alpesque camporum et urbium, armis Vitellii (namque et praemissae a Caecinae cohortes advenerant) tenebatur. Capta Pannoniorum cohors apud Cremonam. Intercepti centum equites, ac mille classici inter Placentiam Ticinumque: quo successu Vitellianus miles non jam flumine aut ripis arcebatur. Inritabat quin etiam Batavos Transrhenanosque Padus ipse: quem repente, contra Placentiam, transgressi, raptis quibusdam exploratoribus, ita ceteros terruere, ut*, adesse omnem Caecinae exercitum, *trepidi ac falsi nuntiarent.*

18. *Certum erat Spurinnae (is enim Placentiam obtinebat) nec dum venisse Caecinam, et, si propinquaret, coercere intra munimenta militem, nec tris praetorias cohortes, et mille vexillarios cum paucis equitibus, veterano exerci-*

mata a bottino e a sacco quanti da fanti e cavalli si proteggevano. E tosto in ira ne vennero: pur non aperta violenza, scelsero tempo alle insidie. Partitone il suo corteggio, nudo, e senza un ajuto, Pacario è spento nel bagno: quinci i compagni si trucidarono. Le teste dagli uccisori stessi recaronsi, come di nemici, ad Ottone. Nè Ottone ne diè lor merito, nè Vitellio ne li punì, per tanta confusione di cose avvolti in maggiori scelleratezze.

17. La cavalleria Silana, come narrammo, avea già schiusa l'Italia, e traghettata la guerra, nè alcuno Ottone vi favoriva; non che più amasser Vitellio: ma perchè aveali la lunga pace ad ogni servaggio rotti, pronti ad arrendersi al primo senza curare il migliore. L'armi di Vitellio tenevano(poich' eran giunte le forze spedite già da Cecina) la più fiorente parte d' Italia, quante havvi città e campagne tra l' Alpi e il Po. Fu presa una compagnia di Pannonj presso Cremona: si circonvennero cento cavalli, e mille soldati navali fra Piacenza e Pavia: pel qual successo non eran più i Vitelliani dal fiume o dalle rive infrenati. Anzi incitava il Po stesso i Batavi e i Trasrenani, che in un istante sotto Piacenza varcatolo, e presi alcuni spiatori, talmente atterriron gli altri, che sbigottiti apportarono falsamente *tutto lo stuol di Cecina sopravvenuto*.

18. Teneva fermo Spurinna (egli occupava Piacenza) nè Cecina esser giunto, e, se appressasse, di starsi dentro a'ripari, e non esporre tre coorti pretorie, e mille legionarj scelti con pochi cavalli, ad un esercito veterano. Ma il soldato, fiero e non

tui objicere. Sed indomitus miles, et belli ignarus, conreptis signis vexillisque, ruere, et retinenti Duci tela intentare, spretis Centurionibus Tribunisque: quin proditionem, et accitum Caecinam, *clamitabant. Fit temeritatis alienae comes Spurinna, primo coactus, mox velle simulans, quo plus auctoritatis inesset consiliis, si seditio mitesceret.*

19. *Postquam in conspectu Padus, et nox adpetebat, vallari castra placuit. Is labor, urbano militi insolitus, contudit animos. Tum vetustissimus quisque castigare* credulitatem suam, metum ac discrimen *ostendere*, si cum exercitu Caecina, patentibus campis, tam paucas cohortes circumfudisset. *Jamque totis castris modesti sermones, et, inserentibus se Centurionibus Tribunisque, laudari* providentia Ducis; quod coloniam, virium et opum validam, robur ac sedem bello legisset. *Ipse postremo Spurinna, non tam culpam exprobrans, quam ratione ostendens, relictis exploratoribus, ceteros Placentiam reduxit, minus turbidos, et imperia accipientes. Solidati muri, propugnacula addita, auctae turres, provisa parataque non arma modo, sed obsequium et parendi amor; quod solum illis partibus defuit, cum virtutis haud poeniteret.*

20. *At Caecina, velut relicta post Alpes saevitia ac licentia, modesto agmine per Italiam incessit. Ornatum ipsius municipia et coloniae in superbiam trahebant: quod versicolore sagulo, braccas, tegmen barbarum, indutus, togatos adloqueretur. Uxorem quoque ejus, Saloninam,*

uso alla guerra, inalbera e le bandiere e le insegne, n' esce a rovina, sprezza e centurioni e tribuni, drizzando l'armi al capitan contrastante, *tradimento*, grida, *e chiamato Cecina*. Spurinna associasi a tale temerità, prima sforzato, fingendo poi consentirvi, per acquistarsi maggiore autorità di consiglio, ove la sedizione allentasse.

19. Fattisi a vista del Po, e soprastando la notte, piacque di trincerarsi. Tale fatica, insolita a truppa urbana, ne rintuzzò la baldanza. Allora i più veterani cominciano a rimprocciarsi la loro credulità, a mostrar paura per lo pericolo che Cecina sì poche truppe nel piano con l' esercito circondasse. E già parlavasi per tutto il campo modestamente, e tramettendosi i centurioni e i tribuni si commendava il senno del capitano, che avesse scelto a sede e rocca di guerra sì ricca e forte città. Lo stesso Spurinna alfine, meno rimproverandone, che mostrandone con la ragione la colpa, lasciati gli esploratori, raddusse gli altri a Piacenza men turbolenti e più docili. Si rinforzaron le mura, si aggiunsero resistenze, si accrebber torri; nè sol provvidersi l' armi, ma coll' ossequio s' unì l' amore dell' obbedienza, che solo a quella parte mancò, mentre non v' era a dolersi del suo valore.

20. Ma Cecina, quasi lasciato di là dall' Alpi la crudeltà e la licenza, avanzò per l' Italia modestamente. Il suo vestire dalle colonie e da' municipj a superbia s' interpretava, perchè parlava a' togati in sajo screziato e in braconi, all' uso de' barbari. Mal sopportavano ancora la moglie sua Salonina,

quamquam in nullius injuriam insigni equo ostroque veheretur, tamquam laesi gravabantur: insita mortalibus natura, recentem aliorum felicitatem aegris oculis introspicere, modumque fortunae a nullis magis exigere, quam quos in aequo videre. Caecina, Padum transgressus, tentata Othonianorum fide per conloquium et promissa, iisdem petitus, postquam pax et concordia speciosis et inritis nominibus jactata sunt, consilia curasque in oppugnationem Placentiae magno terrore vertit: gnarus, ut initia belli provenissent, famam in cetera fore.

21. *Sed primus dies impetu magis, quam veterani exercitus artibus, transactus: aperti incautique muros subiere, cibo vinoque praegraves. In eo certamine, pulcherrimum amphitheatri opus, situm extra muros, conflagravit: sive ab oppugnatoribus incensum, dum faces et glandes ac missilem ignem in obsessos jaculantur; sive ab obsessis, dum regerunt. Municipale vulgus, pronum ad suspiciones, fraude inlata ignis alimenta credidit a quibusdam e vicinis coloniis, invidia et aemulatione, quod nulla in Italia moles tam capax foret. Quocumque casu accidit, dum atrociora metuebantur, in levi habitum: reddita securitate, tamquam nihil gravius pati potuissent, moerebant. Ceterum multo suorum cruore pulsus Caecina: et nox parandis operibus adsumpta. Vitelliani pluteos cratesque et vineas suffodiendis muris, protegendisque oppugnatoribus; Othoniani sudes et immensas lapidum ac plumbi aerisque moles, perfringendis*

come se gli offendesse, perchè, quantunque senza insultare alcuno, su bel cavallo ed in porpora si mostrava; pel naturale degli uomini di riguardar con mal occhio l'altrui recente felicità, e da niuno esiger maggiore moderazion di fortuna, che da chi vidersi eguale. Cecina, varcato il Po, tentata con parlamenti e promesse la fede degli Ottoniani, ed a vicenda tentatone, posciachè pace e concordia con vani e pomposi nomi trattaronsi, voltò le mire e gli sforzi con gran terrore ad espugnare Piacenza; ben conoscendo, che i primi eventi darebbono riputazione alla guerra.

21. Ma il primo giorno si consumò più con impeto, che con senno di esercito veterano: scoperti e disavveduti sotto alle mura si spinsero, di cibo e vino aggravati. In quella zuffa arse il bellissimo Anfiteatro posto fuor delle mura, o dagli espugnatori incendiato nell'avventar faci e palle e fuochi volanti su gli assediati, o da questi nel rilanciarli. Il volgo municipale, per indole sospettoso, credette, che frodolentemente alcuni delle vicine colonie alimentasser l'incendio per emulazione ed invidia, niun'altra essendovi sì vasta mole in Italia. Per qualunque accidente avvenne, sinchè maggiori atrocità paventavansi, non si curò; tornata la sicurezza, come se nulla patir potessero di più grave, se ne crucciavano. Per altro fu ributtato Cecina con molta strage de' suoi; e consumossi la notte a travagliar macchine. I Vitelliani apprestano plutei, graticci, e gabbioni per iscalzar le mura e proteggerne gli espugnatori: gli Ottoniani travi, e masse immense di pietre, piombo, e metallo per oppri-

obruendisque hostibus , expediunt . Utrimque pudor , utrimque gloria , et diversae exhortationes , *hinc* legionum et Germanici exercitus robur, *inde* urbanae militiae, et praetoriarum cohortium decus *adtollentium :* illi ut segnem ac desidem , et circo ac theatris corruptum militem ; *hi* peregrinum et externum *increpabant . Simul Othonem ac Vitellium celebrantes culpantesve* , *uberioribus inter se probris* , *quam laudibus* , *stimulabantur* .

22. *Vixdum orto die* , *plena propugnatoribus moenia: fulgentes armis virisque campi, densum legionum agmen* , *sparsa auxiliorum manus : altiora murorum sagittis aut saxis incessere* , *neglecta aut aevo fluxa cominus adgredi . Ingerunt desuper Othoniani pila, librato magis et certo ictu, adversus temere subeuntes cohortes Germanorum* , *cantu truci, et more patrio nudis corporibus, super humeros scuta quatientium . Legionarius* , *pluteis et cratibus tectus* , *subruit muros, instruit aggerem, molitur portas . Contra praetoriani dispositos ad id ipsum molares* , *ingenti pondere ac fragore* , *provolvunt . Pars subeuntium obruti ; pars confixi et exangues, aut laceri* , *cum augeret stragem trepidatio* , *eoque acrius e moenibus vulnerarentur* , *rediere* , *infracta partium fama . Et Caecina, fama et pudore coeptae temere oppugnationis* , *ne inrisus ac vanus iisdem castris adsideret, trajecto rursus Pado, Cremonam petere intendit. Tradidere sese abeunti Turulius Cerealis cum compluribus classicis* , *et Julius Briganticus cum paucis equi-*

mere e fracassare i nemici. E quelli e questi spronavano vergogna, gloria, ed esortazioni diverse: a questi si celebrava *il vigore delle legioni e del Germanico esercito*; a quelli *il decoro della milizia urbana e delle compagnie pretoriane:* quelli *una truppa infingarda e torpida, e dal circo e da' teatri corrotta*; questi *un esercito straniero e barbaro* riprendevano: esaltando insieme e vituperando Ottone e Vitellio, con biasimarsi più che lodarsi fra loro, a vicenda s' inferocivano.

22. Fattosi appena dì, s' empion le mura di difensori, d' armi e d' armati risplendono le campagne: le legioni strette a battaglia, e le truppe ausiliari sparte, ora co' dardi e sassi investono la più alta parte de' muri, l' altra negletta o dal tempo guasta assaltano da vicino. Gli Ottoniani con più librato e sicuro colpo scaglian di sopra i lanciotti contro le squadre germaniche, che ignude il corpo con fiero canto, e all' uso patrio agitando sopra le spalle gli scudi, arditamente appressavansi. Il legionario, protetto da tavolati e graticci, scalza le mura, alza argini, sforza le porte. I pretoriani all' incontro su gli aggressori macigni enormi a tal uopo pronti con gran fragore rovesciano: altri ne fracassarono; altri trafitti e tramortiti ed infranti, accrescendosi dallo spavento la strage, ed essendo perciò da' muri più crudamente feriti, si ritiraron con onta della lor parte. E Cecina, per la vergogna del temerario assalto, per non restare schernito e ozioso in quel campo, varcato di nuovo il Po, prende la via di Cremona. In sul partirsi gli si offerirono Turulio Cereale con molti soldati navali,

tum: hic Praefectus alae, in Batavis genitus; ille primipilaris, et Caecinae haud alienus, quod ordines in Germania duxerat.

23. *Spurinna, comperto itinere hostium, defensam Placentiam, quaeque acta, et quid Caecina pararet, Annium Gallum per literas docet. Gallus legionem primam in auxilium Placentiae ducebat, diffisus paucitati cohortium, ne longius obsidium, et vim Germanici exercitus parum tolerarent: ubi pulsum Caecinam pergere Cremonam accepit, aegre coercitam legionem, et pugnandi ardore usque ad seditionem progressam, Bedriaci sistit. Inter Veronam Cremonamque situs est vicus, duabus jam Romanis cladibus notus infaustusque. Iisdem diebus, a Martio Macro haud procul Cremona prospere pugnatum. Namque promptus animi Martius transvectos navibus gladiatores in adversam Padi ripam repente effudit. Turbata ibi Vitellianorum auxilia, et, ceteris Cremonam fugientibus, caesi, qui restiterant. Sed repressus vincentium impetus, ne, novis subsidiis firmati, hostes fortunam praelii mutarent. Suspectum id Othonianis fuit, omnia quaecunque facta prave aestimantibus. Certatim, ut quisque animo ignavus, procax ore, Annium Gallum, et Suetonium Paullinum, et Marium Celsum (nam eos Otho quoque praefecerat) variis criminibus incessebant. Accerrima seditionum ac discordiae incitamenta, interfectores Galbae, scelere et metu vecordes, miscere cuncta, modo palam*

e Giulio Brigantico con pochi cavalli: questi capitan di cavalleria, nato in Batavia; quegli già primipilo, e non avverso a Cecina, perch'era stato centurione in Germania.

23. Spurinna, inteso il cammino dell'inimico, notifica ad Annio *Gallo Piacenza libera*, *i fatti occorsi*, *e che tramasse Cecina*. Traeva Gallo la legion prima a soccorrer Piacenza, temendo non sostenessero poche squadre più lungo assedio e la forza delle legioni germaniche. Appena udì, Cecina respinto verso Cremona, inoltrarsi, ferma la legione a Bedriaco, frenata a stento, e per l' ardor di combattere postasi quasi in tumulto. È questo un borgo infra Verona e Cremona, già per due stragi romane noto ed infausto. Ne' giorni stessi da Marzio Macro prosperamente presso Cremona si combattè. Perocchè Marzio, d' animo ardito, sbarcò i gladiatori improvisamente sull' altra riva del Po. Là sbaragliò gli ajuti de' Vitelliani; trucidati quanti s' opposero, e fuggendo gli altri a Cremona. Ma frenò l' impeto de' vincitori, perchè i nemici di nuove truppe inforzati non cangiassero la fortuna della battaglia. Ciò insospettì gli Ottoniani, che interpretavano sinistramente ogni cosa. I più vigliacchi di cuore ed animosi di lingua gareggiavano a caricare di varie accuse Annio Gallo, e Svetonio Paolino, e Mario Celso, scelti ancor essi a capitani da Ottone. Istigatori acerrimi di sedizioni e discordie erano gli uccisori di Galba: per scelleraggine e per paura frenetici, mettevano in iscompiglio ogni cosa, ora palesemente con sediziose grida, or con occulti avvisi ad Ottone, il qual credulo ad

turbidis vocibus, modo occultis ad Othonem literis: qui humillimo cuique credulus, bonos metuens, trepidabat; rebus prosperis incertus, et inter adversa melior. Igitur Titianum, fratrem, accitum bello praeposuit. Interea Paullini et Celsi ductu res egregiae gestae.

24. *Angebant Caecinam nequidquam omnia coepta, et senescens exercitus sui fama. Pulsus Placentia, caesis nuper auxiliis, etiam per concursum exploratorum crebra magis quam digna memoratu proaelia, inferior; propinquante Fabio Valente, ne omne belli decus illuc concederet, reciperare gloriam, avidius quam consultius, properabat. Ad duodecimum a Cremona, locus Castorum vocatur, ferocissimos auxiliarium, imminentibus viae lucis occultos, componit. Equites* procedere longius *jussi*, et, inritato proelio sponte refugi, festinationem sequentium elicere, donec insidiae coorirentur. *Proditum id Othonianis Ducibus. Et curam peditum Paullinus, equitum Celsus, sumpsere. Tertiaedecimae legionis vexillum, quatuor auxiliorum cohortes, et quingenti equites in sinistro locantur; aggerem viae tres praetoriae cohortes arctis ordinibus obtinuere: dextra fronte prima legio incessit, cum duabus auxiliaribus cohortibus, et quingentis equitibus. Super hos e praetorio auxiliisque mille equites, cumulus prosperis, aut subsidium laborantibus, ducebat.*

25. *Antequam miscerentur acies, terga vertentibus Vitellianis, Celsus, doli prudens, repressit suos. Vitelliani temere exurgentes, ce-*

ogni vile, sospettoso de' buoni, ondeggiava; nelle prosperità titubante, e fra' disastri migliore. Chiamato adunque il suo fratello Tiziano, la guerra affidagli. Intanto Paolino e Celso di belle imprese illustraronsi.

24. Accoravan Cecina i disegni tutti fallitigli, e la cadente riputazion dell' esercito: cacciato ei di Piacenza, trucidati gli ajuti, inferior nelle zuffe ancor degli esploratori, più spesse che memorabili, appressando Fabio Valente, perchè non tutto passasse in lui l' onor della guerra, affrettavasi con più avidità che prudenza a racquistarne la gloria. Dodici miglia presso a Cremona (chiamasi il luogo Castore) ne' boschi lungo la via furtivamente schiera i più feroci ausiliarj: spingendo innanzi i cavalli con tale avviso, che provocata la zuffa spontaneamente fuggano, traggano ad inseguirli il nemico, finchè gli aguati scoppiassero. Seppesi ciò da' capitani Ottoniani: e prese Paolino il carico de' cavalli, Celso de' fanti. L' insegna della legion tredicesima, quattro coorti ausiliarj, e cinquecento cavalli pongonsi alla sinistra: tre compagnie pretoriane a serrate file tennero l' argine della strada: di fronte a destra la legion prima avanzò con due coorti ausiliari e cinquecento cavalli. V' erano inoltre mille cavalli tra pretoriani e ausiliarj per compiere la vittoria, o rinfrancar la battaglia.

25. Primachè s' accendesse la zuffa, voltisi i Vitelliani a fuggire, Celso, sapevole dell' inganno, rattenne i suoi. Sboccano i Vitelliani furiosamente

dente sensim Celso, longius secuti, ultro in insidias praecipitantur. Nam a lateribus cohortes, legionum adversa fronte, et subito discursu terga cinxerant equites. Signum pugnae non statim a Suetonio Paullino pediti datum. Cunctator natura, et cui cauta potius consilia cum ratione, quam prospera ex casu, placerent, compleri fossas, aperiri campum, pandi aciem *jubebat; satis* cito incipi victoriam, ubi provisum foret *ne vincerentur. Ea cunctatione spatium Vitellianis datum, in vineas nexu traducum impeditas refugiendi: et modica silva adhaerebat; unde rursus ausi promptissimos praetorianorum equitum interfecere. Vulneratur Rex Epiphanes, impigre pro Othone pugnam ciens.*

26. *Tum Othonianus pedes erupit: protrita hostium acie, versi in fugam, etiam qui subveniebant. Nam Caecina non simul cohortes, sed singulas acciverat: quae res in praelio trepidationem auxit, cum dispersos, nec usquam validos, pavor fugientium abriperet. Orta et in castris seditio, quod non universi ducerentur. Vinctus Praefectus castrorum, Julius Gratus,* tamquam fratri, apud Othonem militanti, proditionem ageret·*cum fratrem ejus, Julium Frontonem, Tribunum, Othoniani sub eodem crimine vinxissent. Ceterum ea ubique formido fuit apud fugientes, occursantes, in acie, pro vallo, ut* deleri cum universo exercitu Caecinam potuisse, ni Suetonius Paullinus receptui cecinisset, *utrisque in partibus percrebuerit.* Timuisse, *Paullinus*

e incalzato Celso a dilungo, che passo passo si ritirava, spontaneamente si cacciano nelle insidie, perchè le coorti a' fianchi, le legioni di fronte, ed i cavalli subitamente accorsi alle spalle, gl'invilupparono. Non fu Paolino sollecito a dare a' fanti il segno della battaglia: temporeggiator di natura, e a cui piacevan più i cauti ed assennati partiti, che casuali successi, ordinava *di empir le fosse, sgombrare il campo, spiegar le file; incominciarsi ben presto a vincere, ove sia proveduto a non esser vinti*. Tale tardanza died' agio a' Vitelliani di rifuggirsi in alcune vigne dagl' intralciati tralci intrigate. Ed eravi un boschetto a ridosso, donde ripreso cuore uccisero i più animosi cavalli. Fu il re Epifane ferito, arditamente azzuffandosi per Ottone.

26. Allor d'Ottone la fanteria s'avventò: fu fracassato il nemico, e messone in volta ancora il soccorso, poichè Cecina non chiamò tutte insieme, ma ad una ad una, le squadre: lo che aumentò lo scompiglio nella battaglia, perchè, sparpagliate e deboli da per tutto, eran travolte dal tremito de'fuggenti. Nacque tumulto ancora nel campo, perchè non tutti furono tratti a combattere. S'incatenò Giulio Grato, mastro del campo, come sospetto di tradimento tramato col suo fratello Giulio Frontone tribuno al campo d'Ottone, avendo gli Ottoniani il fratello stesso per il sospetto medesimo incatenato. Per altro tale spavento fu da per tutto, e nel fuggire, e nel riscontrarsi, e nella mischia, e a' ripari, ch' ambo le parti credettero *potersi Cecina spegner con tutto l'esercito, se da Svetonio*

ferebat, tantum insuper laboris atque itineris, ne Vitellianus miles, recens e castris, fessos adgrederetur, et perculsis nullum retro subsidium foret. *Apud paucos ea Ducis ratio probata, in vulgus adverso rumore fuit.*

27. *Haud perinde id damnum Vitellianos in metum compulit, quam ad modestiam composuit: nec solum apud Caecinam, qui culpam* in militum *conferebat*, seditjoni magis quam proelio paratum; *Fabii quoque Valentis copiae (jam enim Ticinum venerat) posito hostium contemptu, et recuperandi decoris cupidine, reverentius et aequalius Duci parebant. Gravis alioquin seditio exarserat, quam altiore initio (neque enim rerum a Caecina gestarum ordinem interrumpi oportuerat) repetam. Cohortes Batavorum, quas bello Neronis a quartadecima legione digressas, cum Britanniam peterent, audito Vitellii motu, in civitate Lingonum Fabio Valenti adjunctas retulimus, superbe agebant; ut cujusque legionis tentoria accessissent*, coercitos a se quartadecimanos, ablatam Neroni Italiam, atque omnem belli fortunam in ipsorum manu sitam, *jactantes. Contumeliosum id militibus, acerbum Duci: corrupta iurgiis aut rixis disciplina: ad postremum Valens e petulantia etiam perfidiam suspectabat.*

28. *Igitur nuntio adlato*, pulsam Treverorum alam, Tungrosque a classe Othonis et Narbonensem Galliam circumiri; *simul cura socios tuendi, et militari astu cohortes turbidas, ac, si una fo-*

Paolino non si suonava a raccolta. Diceva egli di aver temuto, *che i Vitelliani, freschi in sul campo, non assaltassero i suoi spossati dal cammino e dall' opere, senza un ajuto alle spalle da rinfrancarli sconfitti.* Pochi approvavano tale avviso; il volgo malignamente ne bisbigliò.

27. Non mosse tanto tal danno i Vitelliani a paura, quanto li trasse a far senno; nè solo presso Cecina, che ne incolpava il soldato *pronto a tumultuare più che a combattere*; le truppe ancor di Fabio Valente, già sopraggiunto a Pavia, cessato di sprezzare il nemico, e per brama di riscattare l'onore, con più rispetto e concordia al capitano obbedivano. V' era d' altronde scoppiata grave discordia, che da più alto principio, non convenendo le imprese di Cecina interrompere, narrerò. Le compagnie de' Batavi, che narrammo essersi nella guerra di Nerone staccate dalla legione quattordicesima, nel marciare per la Brettagna, udito sorger Vitellio, unitesi nella città de' Lingoni a Fabio Valente, superbamente si diportavano; appressandosi ad ogni tenda, si millantavano *di avere i quattordicesimani compressi, tolta l' Italia a Nerone, e in loro mano tutto l' affar della guerra*. Ciò adontava il soldato, il capitano inaspriva, a strazio e rissa metteva tutta la disciplina: trasse Valente in fine a sospettar di perfidia la petulanza.

28. Giunto dunque l' avviso, *come l' armata d' Ottone, sbaragliati i cavalli Treviri e' Tungri, la Gallia Narbonese aggirava*, sollecito e di proteggere gli alleati, e di dividere con militare

rent, praevalidas dispergendi; partem Batavorum ire in subsidium *jubet. Quod ubi auditum vulgatumque, moerere socii, fremere legiones:* orbari se fortissimorum virorum auxilio. Veteres illos et tot bellorum victores, postquam in conspectu sit hostis, velut ex acie abduci. Si provincia urbe et salute Imperii potior sit, omnes illuc sequerentur: sin victoriae sanitas, sustentaculum, columen in Italia verteretur, non abrumpendos, ut corpori, validissimos artus.

29. *Haec ferociter jactando, postquam, immissis lictoribus, Valens coercere seditionem coeptabat, ipsum invadunt, saxa jaciunt, fugientem sequuntur,* spolia Galliarum, et Viennensium aurum, et pretia laborum suorum occultare, *clamitantes, direptis sarcinis, tabernacula Ducis, ipsamque humum pilis et lanceis rimabantur. Nam Valens, servili veste, apud Decurionem equitum tegebatur. Tum Alphenus Varus, Praefectus castrorum, deflagrante paullatim seditione, addit consilium, vetitis obire vigilias Centurionibus, omisso tubae sono, quo miles ad belli munia cietur. Igitur torpere cuncti, circumspectare inter se adtoniti: et id ipsum, quod nemo regeret, paventes: silentio, patientia, postremo precibus ac lacrymis veniam quaerebant. Ut vero deformis, et flens, et praeter spem incolumis, Valens processit, gaudium, miseratio, favor: versi in laetitiam (ut est vulgus utroque immodicum) laudantes gratantesque; circumdatum aquilis signisque, in tribunal fe-*

astuzia le sediziose coorti, che unite erano poderosissime, muove una parte de' Batavi a rinforzarla: lo che uditosi e divulgatosi, dolgonsi gli alleati, fremono le legioni: *togliersi loro l'ajuto de' più gagliardi: in vista dell' inimico staccarsi dalla battaglia que' veterani già vincitori di tante guerre: se una provincia val più che Roma e l'imperio, tutti colà si spingessero; se poi la salute, il sostegno, e il perno della vittoria è in Italia non si troncassero, come ad un corpo, i nervi più vigorosi*.

29. Ferocemente gridando siffatte cose, poichè Valente mosse i littori a frenare la sedizione, lo investono, gli scaglian sassi, lo inseguono schiamazzando, *ch' egli e le spoglie delle Gallie, e l' oro de' Viennesi, e il premio de' lor travagli* occultava; saccheggiatogli le bagaglie, frugavano i padiglioni del capitano, e con le lance e con l' aste anche sotterra: perocchè presso un decurion di cavalli in servil veste Valente si nascondeva. Allora Alfeno Varo, prefetto del campo, smorzandosi a poco a poco la sedizione, s' avvisò di vietare *che visitassero i centurioni le sentinelle, e che la tromba chiamasse a' proprj uffizj il soldato*. Istupidiscono tutti; riguardansi tra loro attoniti, e dello stesso non aver capo tremanti, col silenzio, con la pazienza, co' preghi infine e col pianto perdono implorano. Quando poi, squallido, e lagrimoso, e fuor di speranza vivo, Valente apparve, gioja, pietà, favore ne sorge: e voltisi ad allegrezza, com'è il volgo in ogni affetto eccessivo, lodandolo, festeggiandolo, in mezzo all' aquile ed alle insegne lo

runt. Ille utili moderatione non supplicium cujusquam poposcit: ac, ne dissimulans suspectior foret, paucos incusavit, gnarus civilibus bellis plus militibus, quam Ducibus, licere.

30. *Munientibus castra apud Ticinum, de adversa Caecinae pugna adlatum, et prope renovata seditio*, tamquam fraude et cunctationibus Valentis praelio defuissent. *Nolle requiem, non expectare Ducem, anteire signa, urgere signiferos. Rapido agmine Caecinae junguntur. Improspera Valentis fama apud exercitum Caecinae erat:* expositos se tanto pauciores integris hostium viribus *querebantur, simul in suam excusationem et adventantium robur per adulationem adtollentes, ne ut victi et ignavi despectarentur. Et quamquam plus virium, prope duplicatus legionum auxiliorumque numerus erat Valenti, studia tamen militum in Caecinam inclinabant; super benignitate animi, qua promptior habebatur, etiam vigore aetatis, proceritate corporis, et quodam inani favore. Hinc aemulatio Ducibus. Caecina* ut foedum et maculosum, *ille* ut vanum ac tumidum, *inridebant. Sed, condito odio, eandem utilitatem fovere, crebris epistolis, sine respectu veniae, probra Othoni objectantes: cum Duces partium Othonis, quamvis uberrima conviciorum in Vitellium materia, abstinerent.*

31. *Sane ante utriusque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam, meruere, minus Vitellii ignavae voluptates, quam Othonis flagrantissimae libidines timebantur.*

traggono al tribunale. Egli, con utile moderazione, non chiede pena d'alcuno; e per non farsi, infingendosi, più sospetto, duolsi di pochi; sapendo che nelle guerre civili assai più lece a' soldati, che a' capitani.

30. Nell' afforzare il campo a Pavia udiron rotto Cecina, e quasi la sedizione riarse, *come se pel doloso temporeggiar di Valente mancassero alla battaglia*: non posano, non aspettano il capitano, precorron le insegne, spronan gli alfieri, marcian ad unirsi a Cecina. Avea l'esercito di Cecina trista opinion di Valente. Doleansi *d'essere stati sì pochi esposti alle forze intere degl' inimici*, ed il valore de' sopraggiunti esaltavano per iscusarsi, e non esserne, come codardi e vinti, sprezzati. E benchè fosse più poderoso Valente, avendo pressochè il doppio di legioni e di ajuti, pure a Cecina inclinavan gli animi de' soldati, oltre alla dolcezza del cuore, onde più facile si reputava, per il vigor dell' età, per l'altezza della persona, ed un certo vano favore. Quindi astio fra' capitani. Cecina beffava, come vituperoso e sozzo, Valente: questi, come borioso e vano, Cecina. Ma, celato il rancore, allo stesso fine spronavano, con frequenti lettere rimproverando ad Ottone le sue vergogne, senza rispetto a perdono, mentre i capitani Ottoniani, benchè a dovizia potessero, si astenevano dall' ingiuriare Vitellio.

31. E certamente, innanzi al fine di entrambi, onde Ottone ebbesi egregia fama, Vitellio sciaguratissima, temeansi meno le vili voluttà di Vitellio, che le ardentissime cupidigie di Ottone. Rendeva que-

Addiderat huic terrorem atque odium caedes Galbae; contra illi initium belli nemo imputabat. Vitellius ventre et gula sibi ipsi hostis; Otho luxu, saevitia, audacia, Reip. exitiosior ducebatur. Conjunctis Caecinae ac Valentis copiis, nulla ultra penes Vitellianos mora, quin totis viribus certarent. Otho consultavit, trahi bellum, an fortunam experiri placeret. Tum Suetonius Paullinus, dignum fama sua ratus, qua nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli censere, festinationem hostibus, moram ipsis utilem *disseruit:*

32. Exercitum Vitellii universum advenisse: nec multum virium a tergo, quoniam Galliae tumeant, et deserere Rheni ripam, inrupturis tam infestis nationibus, non conducat: Britannicum militem hoste et mari distineri: Hispanias armis non ita redundare: provinciam Narbonensem incursu classis et adverso praelio contremuisse: clausam Alpibus, et nullo maris subsidio, Transpadanam Italiam, atque ipso transitu exercitus vastam: non frumentum usquam, nec exercitum sine copiis retineri posse. Jam Germanos, quod genus militum apud hostes atrocissimum sit, tracto in aestatem bello, fluxis corporibus, mutationem soli caelique haud toleraturos. Multa bella, impetu valida, per taedia et moras evanuisse. Contra ipsis omnia opulenta et fida: Pannoniam, Moesiam, Dalmatiam, Orientem, cum integris exercitibus; Italiam, et caput rerum Urbem; Senatumque et Populum, numquam obscura nomina, etsi aliquando obumbrentur; publicas

sto spaventevole e odioso l' uccisione di Galba: a quello niuno imputava l' origine della guerra. Vitellio per la gola ed il ventre era nemico a sè stesso: Ottone per la lussuria, fierezza, temerità più rovinoso stimavasi alla repubblica. Congiuntisi di Cecina e di Valente gli eserciti, erano i Vitelliani pronti a battaglia campale. Ottone tenne consiglio, *se meglio fosse indugiar la guerra, o cimentar la fortuna*. Svetonio Paolino allora, stimando degno della sua fama, onde si aveva pel più sagace guerriero di quella età, discorrere di tutta intera la guerra, dichiarò *utile a' nemici affrettarsi, ad essi temporeggiare*.

32. *Esser là giunto tutto l' esercito di Vitellio, senza gran forza alle spalle, perocchè bollon le Gallie, nè si conviene lasciar la riva del Reno all' impeto di tanto infeste nazioni. Le legioni Britanniche rattenersi dal nemico e dal mare: le Spagne d' armi non abbondare: la Gallia Narbonese atterrita dall' irruzion dell' armata e dall' avversa battaglia: l' Italia oltre Po chiusa dall' Alpi, non soccorsa dal mare, e dal solo transito dell' esercito devastata: da niuna banda viveri, nè senza viveri sostenersi un esercito. Già i Germani, i più feroci guerrieri ch' abbiansi gl' inimici, tratta in estate la guerra non sosterrebbono co' fiacchi corpi altro paese, altro cielo. Molte guerre, di gagliardissimo impeto, per tedio e indugj svanite. Per lo contrario tutto abbondare ad essi, tutto affidarli: la Pannonia, la Mesia, la Dalmazia, l' Oriente con eserciti interi; l' Italia, e il capo del mondo*

privatasque opes, et immensam pecuniam, inter civiles discordias ferro validiorem; corpora militum aut Italiae sueta, aut aestibus. Objacere flumen Padum, tutas viris murisque urbes; e quibus nullam hosti cessuram, Placentiae defensione exploratum. Proinde duceret bellum. Paucis diebus quartamdecimam legionem, magna ipsam fama, cum Moesiacis copiis adfore. Tum rursus deliberaturum, et, si praelium placuisset, auctis viribus certaturos.

33. *Accedebat sententiae Paullini Marius Celsus:* idem placere Annio Gallo, *paucos ante dies lapsu equi adflicto, missi, qui consilium ejus sciscitarentur, retulerant. Otho pronus ad decertandum: frater ejus Titianus, et Praefectus Praetorii Proculus, imperitia properantes,* Fortunam et Deos et Numen Othonis adesse consiliis, adfore conatibus, *testabantur. Neu quis obviam ire sententiae auderet, in adulationem concesserant. Postquam pugnari placitum*, interesse pugnae Imperatorem, an seponi melius foret, *dubitavere. Paullino et Celso jam non adversantibus, ne Principem objectare periculis viderentur, iidem illi deterioris consilii auctores perpulere*, ut Brixellum concederet, ac, dubiis praeliorum exemptus, summae rerum et imperii se ipsum reservaret. *Is primus dies Othonianas partes adflixit. Namque et cum ipso praetoriarum cohortium, et speculatorum, equitumque, valida*

Roma, ed il Senato ed il popolo, nomi mai non oscuri, benchè talvolta s' adombrino: le pubbliche e le private ricchezze, e danaro immenso nelle civili discordie più poderoso che 'l ferro: soldati usi all' Italia od a climi ardenti. Proteggerli il Po e città forti di mura e d' uomini; delle quali che niuna fosse per cedere all' inimico, provò Piacenza. Differisse perciò la guerra. Fra pochi dì giungerebbe la legione quattordicesima, di gran fama, con i rinforzi di Mesia. Di nuovo allora consulterebbesi; e se piacesse combattere, combatteranno con forze moltiplicate.

33. Univasi Mario Celso all'opinion di Paolino: *piacer lo stesso* ad Annio Gallo, caduto di pochi dì da cavallo, apportarono gl'inviati ad esplorarne l'avviso. Ottone ardea di combattere; e il suo fratello Tiziano, ed il prefetto del Pretorio procolo, precipitosi per ignoranza, attestavano, *che la Fortuna, e gl' Iddii, e il Genio d' Ottone i consigli ne favorivano, gli sforzi ne sosterrebbono:* e perchè niun ardisse di contrapporsi, in adulazioni trascorsero. Posciachè piacque combattere, si trattò *se dovesse intervenirvi o ritrarsene l' Imperadore.* Non più opponendosi Paolino e Celso per non parere di esporre a' perigli il Principe, gli stessi autori del peggior consiglio lo spinsero *a ritirarsi in Bressello, e sottratto a' rischj delle battaglie serbarsi all' ultime necessità dell' imperio.* Fu questo il dì che diè il crollo alla fazione Ottoniana; poichè e partì con Ottone il nerbo de' pretoriani, speculatori, e cavalli; e cadde il cuore a' ri-

manus discessit; et remanentium fractus animus: quando suspecti Duces; et Otho, cui uni apud militem fides, dum et ipse non nisi militibus credit, imperia Ducum in incerto reliquerat.

34. *Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris ut in civili bello, transfugiis: et exploratores, cura diversa sciscitandi, sua non occultabant. Quieti intentique Caecina ac Valens, quando hostis imprudentia rueret, quod loco sapientiae est, alienam stultitiam opperiebantur, inchoato ponte transitum Padi simulantes, adversus oppositam gladiatorum manum, ac ne ipsorum miles segne otium tereret. Naves, pari inter se spatio, validis utrimque trabibus connexae, adversum in flumen dirigebantur, jactis super anchoris, quae firmitatem pontis continerent. Sed anchorarum funes non extenti fluitabant, ut, augescente flumine, inoffensus ordo navium adtolleretur. Claudebat pontem imposita turris, et in extremam navem educta: unde tormentis ac machinis hostes propulsarentur.*

35. *Othoniani in ripa turrim struxerant, saxaque et faces jaculabantur. Et erat insula amne medio, in quam gladiatores navibus molientes, Germani nando praelabebantur. Ac forte plures transgressos, completis liburnicis, per promptissimos gladiatorum Macer adgreditur. Sed neque ea constantia gladiatoribus ad praelia, quae militibus; nec perinde nutantes e navibus, quam stabili gradu e ripa, vulnera dirigebant. Et, cum variis trepidantium inclina-*

masti: perocchè erano i capitani sospetti, e Ottone, in cui solo i soldati fidavano perch'egli in loro fidavasi solamente, ne avea lasciata dubbiosa l'autorità.

34. Nulla celavasi a' Vitelliani pe' disertori, che nelle guerre civili abbondano: e gli esploratori, per avidità di spiare i disegni ostili, non occultavano i suoi. Cecina e Valente, cheti ed attenti se l'inimico scorresse inprudentemente, l'altrui stoltezza, lo che è prudenza, aspettavano, gettando un ponte come a varcare il Po contro la squadra opposta de' gladiatori, ed affinchè non marcisse in ozio vile il soldato. Le navi, fra lor congiunte ad egual distanza con salde travi, spingeansi contro alla corrente del fiume, ferme in sull' ancore perchè il ponte non vacillasse. Ma i lenti canapi ne ondeggiavano, perchè all' ingrossar del fiume le navi, senza scomporsi, s'alzassero. Chiudeva il ponte una torre posta in sull' ultima nave, onde respingere con pietre e dardi il nemico.

35. Costrussero gli Ottoniani in sulla riva una torre, e sassi e faci avventavano. E a mezzo il fiume sorgeva un' isola, ove sforzavansi i gladiatori di giungere con le navi, ed i Germani a nuoto li prevenivano. Macro, poichè ne vide passati molti, empie le navi de' più feroci gladiatori e gli assalta. Ma nè combattono i gladiatori con l' animo de'soldati; nè in sulle navi ondeggianti potevano assestar colpi, come a piè fermo dal lido. E barcollando qua e là tremanti, e l' un su l' altro cadendo i re-

tionibus, mixti remiges propugnatoresque turbarentur, desilire in vada ultro Germani, retentare puppes, scandere foros, aut cominus mergere. Quae cuncta, in oculis utriusque exercitus, quanto laetiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani caussam auctoremque cladis detestabantur.

36. *Et praelium quidem, abruptis quae supererant navibus, fuga diremptum: Macer ad exitium poscebatur. Jamque vulneratum eminus lancea strictis gladiis invaserant, cum intercursu Tribunorum Centurionumque protegitur. Nec multo post Vestricius Spurinna, jussu Othonis, relicto Placentiae modico praesidio, cum cohortibus subvenit. Dein Flavium Sabinum, Consulem designatum, Otho rectorem copiis misit, quibus Macer praefuerat; laeto milite ad mutationem Ducum, et Ducibus, ob crebras seditiones, tam infestam militiam adspernantibus.*

37. *Invenio apud quosdam auctores*, pavore belli, seu fastidio utriusque Principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama noscebantur, dubitasse exercitus, num, posito certamine, vel ipsi in medium consultarent, vel Senatui permitterent legere Imperatorem. Atque eo Duces Othonianos spatium ac moras suasisse, praecipue Paullinum; quod vetustissimus consularium, et militia clarus, gloriam nomenque Britannicis expeditionibus meruisset. *Ego, ut concesserim apud paucos, tacito voto, quietem pro discordia, bonum et innocentem Principem pro pessimis ac flagitiosissimis expetitum; ita neque Paullinum, qua prudentia fuit, sperasse, corruptissimo saecu-*

matori e i soldati, saltan nell' acqua i Germani, le poppe afferrano, montano su' tavolati, o le affondano: le quali cose a vista d' ambo gli eserciti, quanto più rallegravano i Vitelliani, tanto più fieramente dagli Ottoniani e la cagione e l' autore di tal rovina esecravasi.

36. Spiccando alfine le navi sopravanzate, con la fuga si terminò la battaglia. Gridavasi morte á Macro; e già ferito di lancia lo trafiggevano con le spade; ma dagli accorsi tribuni e centurioni fu salvo. E per comando d' Ottone non molto poi, Vestricio Spurinna, lasciato tenue presidio in Piacenza, accorse con le coorti. Quindi Ottone spedì Flavio Sabino, consolo eletto, a governar le truppe già comandate da Macro: allegrandosi al cambiamento de' capitani il soldato, e i capitani per le frequenti sedizioni abborrendo sì travagliosa milizia.

37. Trovo appresso alcuni scrittori, *che o per timor della guerra, o per noja d' entramb' i principi, le cui vergogne e scelleratezze ogni dì più si svelavano, stettero in forse gli eserciti, se, poste giù le contese, o si scegliessero eglino stessi in comune l' imperadore, o al Senato lo permettessero: e che perciò i capitani Ottoniani tempo ed indugj frapposero, principalmente Paolino, per essere tra' consolari il più antico, e per armi illustre, e gloria, e nome acquistatosi nelle campagne britanniche*. Io, come acconsentirò che pochi pace più che discordia, e buono e innocente principe, in luogo di scelleratissimi e pessimi, nel loro cuore agognassero; così non crederò che

lo, tantam vulgi moderationem, reor, ut, qui pacem belli amore turbaverant, bellum pacis caritate deponerent: neque aut exercitus linguis moribusque dissonos in hunc consensum potuisse coalescere; aut Legatos ac Duces, magna ex parte luxus, egestatis, scelerum sibi conscios, nisi pollutum obstrictumque meritis suis Principem passuros. .

38. *Vetus ac jam pridem insita mortalibus potentiae cupido cum imperii magnitudine adolevit erupitque. Nam rebus modicis, aequalitas facile habebatur. Sed ubi, subacto orbe, et aemulis urbibus regibusve excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit, prima inter Patres plebemque certamina exarsere. Modo turbulenti Tribuni, modo Consules praevalidi, et in urbe ac foro tentamenta civilium bellorum. Mox e plebe infima C. Marius, et nobilium saevissimus L. Sulla, victam armis libertatem in dominationem verterunt. Post quos Cn. Pompejus occultior, non melior. Et numquam postea, nisi de Principatu quaesitum. Non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones: nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri bellum fuerint. Eadem illos Deum ira, eadem hominum rabies, eaedem scelerum caussae in discordiam egere. Quod singulis velut ictibus transacta sunt bella, ignavia Principum factum est. Sed me veterum novorumque morum reputatio longius tulit: nunc ad rerum ordinem venio.*

Paolino di tanto senno, in quella età corrottissima, sperasse tanta moderazione nel volgo, che quelli, i quali intorbidaron la pace per desiderio di guerra, or deponesser la guerra per affezione alla pace: nè che eserciti, di costumi e lingue discordi, potessero a tal consenso condursi: o che i legati ed i capitani, in gran parte carichi di lussuria, di povertà, di misfatti, fossero per tollerare altro che lordo principe a' lor servizj obbligato.

38. L' antica e ingenita ne' mortali brama di dominare crebbe e scoppiò col diffondersi dell' impero. Perocchè in piccolo stato agevolmente serbavasi l' eguaglianza. Ma poichè, soggiogato il mondo e distrutte le città rivali ed i re, fu lecito bramar ricchezze tranquille, le prime gare fra Padri e plebe s' accesero. Ora tumultuosi tribuni, ora consoli prepotenti; e nella città e nel foro saggi di guerre civili. Poi Cajo Mario della vil plebe, e il più crudele de' nobili Lucio Silla cangiarono la libertà, vinta con l' armi, in tirannide. Dopo i quali più ascoso, non migliore, Pompeo. Nè più si contese poi, che di regno. Non deposero le legioni de' cittadini l' armi in Farsaglia e a Filippi: non che gli eserciti di Vitellio e d' Ottone fossero per lasciare spontaneamente la guerra. L' ira medesima degli Dei, la stessa rabbia degli uomini, le stesse scelleratissime cause alla discordia li trassero. Che se ogni guerra quasi in un colpo fu spenta, deesi all' ignavia de' principi. Ma il raffrontare gli antichi e' nuovi costumi alquanto mi dilungò: ritorno dunque al proposito.

39. *Profecto Brixellum Othone, honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum Praefectum. Celsus et Paullinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine Ducum, alienae culpae praetendebantur. Tribuni Centurionesque ambigui, quod, spretis melioribus, deterrimi valebant. Miles alacer; qui tamen jussa Ducum interpretari, quam exequi, mallet. Promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit; adeo imperite, ut quamquam verno tempore anni, et tot circum amnibus, penuria aquae fatigarentur. Ibi de praelio dubitatum: Othone per literas flagitante, ut maturarent; militibus, ut Imperator pugnae adesset, poscentibus: plerique copias trans Padum agentes acciri postulabant. Nec perinde dijudicari potest, quid optimum factu fuerit, quam pessimum fuisse, quod factum est.*

40. *Non ut ad pugnam, sed ad bellandum, profecti, confluentes Padi et Adduae, fluminum, XIV. inde millium spatio distantes, petebant. Celso et Paullino abnuentibus,* militem itinere fessum, sarcinis gravem, objicere hosti, non admissuro, quo minus expeditus, et vix quatuor millia passuum progressus, aut incompositos in agmine, aut dispersos, et vallum molientes adgrederetur. *Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad jus imperii transibant. Aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mandatis, quibus Otho, increpita* Ducum segnitia, rem in discrimen mitti, *jubebat; aeger mora, et spei impatiens.*

41. *Eadem die, ad Caecinam, operi pontis*

39. Andato Ottone a Bressello, rimase al fratel Tiziano la dignità del comando, al prefetto Procolo il nervo e l'autorità. Celso e Paolino, niuno di lor prudenza valendosi, col nome vano di capitani gli errori altrui ricoprivano. I tribuni ed i centurioni ondeggiavano, perchè, sprezzati i migliori, i pessimi prevalevano. Pronto il soldato; il qual voleva per altro più interpretare, che eseguir gli ordini de' capitani. Piacque avanzare il campo oltre di quattro miglia a Bedriaco, con sì poco senno, che, benchè fossero di primavera e in mezzo di tanti fiumi, disagio d'acqua pativano. Ivi trattossi della battaglia, insistendo Ottone per lettere che affrettassero; domandando i soldati che intervenisse l'Imperadore alla pugna: molti chiedevano che si chiamassero le truppe ferme oltre Po. Non può così deffinirsi ciò ch'era meglio a farsi, come che il pessimo fu ciò che fecesi.

40. Postisi in ordinanza più di marciare che di combattere, giunsero là dove l'Adda s'incontra, e mesce col Po, lontano sedici miglia; ricusando Celso e Paolino *di espor soldati e dal viaggio stanchi e carichi di bagaglie ad un nemico, che speditissimo, e dopo appena il cammino di quattro miglia, non si terrebbe dall' assaltarli o disordinati, o sbandati e intesi a por le trincee*. Tiziano e Procolo, ov'eran vinti di senno, dell' autorità si valevano. Era pur giunto a briglia sciolta un Numida con lettere minacciose di Ottone, che, biasimato il torpore de'capitani, ordinava *di cimentar la fortuna*, struggendosi di più stare sulla speranza.

41. Lo stesso dì giunsero e chiesero parlamentar

intentum, duo Praetoriarum cohortium Tribuni, colloquium ejus postulantes, venerunt. Audire conditiones ac reddere parabat, cum praecipites exploratores, adesse hostem, nuntiavere. Interruptus Tribunorum sermo: eoque incertum fuit, insidias, an proditionem, vel aliquod honestum consilium coeptaverint. Caecina, dimissis Tribunis, revectus in castra, datum jussu Fabii Valentis pugnae signum, et militem in armis invenit. Dum legiones de ordine agminis sortiuntur, equites prorupere: et, mirum dictu, a paucioribus Othonianis, quo minus in vallum impingerentur, Italicae legionis virtute deterriti sunt. Ea, strictis mucronibus, redire pulsos, et pugnam resumere coegit. Disposita Vitellianarum legionum acies, sine trepidatione: etenim, quamquam vicino hoste, adspectus armorum densis arbustis prohibebatur: apud Othonianos, pavidi Duces, miles Ducibus infensus, mixta vehicula et lixae, et, praeruptis utrimque fossis, via quieto quoque agmini angusta. Circumsistere alii signa sua, quaerere alii: incertus undique clamor adcurrentium, vocitantium; et, ut cuique audacia vel formido, in primam postremamve aciem prorumpebant, vel revehebantur.

42. *Adtonitas subito terrore mentes falsum gaudium in languorem vertit, repertis, qui de*scivisse a Vitellio exercitum *ementirentur. Is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus, an in ipsa Othonis parte, seu dolo, seu forte surrexerit, parum compertum. Omisso pugnae ardore,*

con Cecina, intento alla costruzione d'un ponte, due tribuni de' pretoriani. Era per ascoltarli e rispondere, quando anelanti annunziano gli esploratori che soprastava il nemico. Si ruppe l'abboccamento: e perciò non seppesi se insidie, o frode, o cosa onesta tentassero. Cecina, congedati i tribuni, tornato al campo, trova per ordine di Valente già dato il segno della battaglia, ed i soldati sull' armi. Mentre le legioni concertansi [3] per ordinarsi a combattere, la cavallerìa s'avventò; e, maraviglia a dirsi, il valore della legione italica gli rattenne perchè non fossero da pochi Ottoniani respinti dentro a' quartieri: quella, impugnate le spade, sforzò gli sbaragliati a rivolgersi, e rinfrescar la battaglia. Schieraronsi i Vitelliani senza scompiglio, benchè vicino il nemico; poichè gli spessi arboscelli toglieano la vista dell' armi. Nell' esercito degli Ottoniani i capitani tremanti, avversi a' capitani i soldati, saccardi e carri framisti, e per i fossi profondi la strada angusta anche a tranquillo cammino. Stan altri intorno alle proprie insegne, altri le cercano: corresi, chiamasi, menasi strepito da per tutto; ciascun secondo la sua paura o temerità, alle prime o all'ultime file si cacciano, o si ritraggono.

42. Una falsa gioja incodardì gli animi attoniti di subitanea paura, sparso il bugiardo grido *ribellatosi a Vitellio l' esercito*. Se dalle spie si spandesse de' Vitelliani, o nel campo stesso d' Ottone per frode o a caso sorgesse, non si chiarì. Gli Ottoniani, deposto l' ardor di combattere, salutarono

Othoniani ultro salutavere; et hostili murmure excepti, plerisque suorum ignaris, quae caussa salutandi, metum proditionis fecere. Tum incubuit hostium acies, integris ordinibus, robore et numero praestantior: Othoniani, quamquam dispersi, pauciores, fessi, praelium tamen acriter sumpsere. Et per locos, arboribus ac vineis impeditos, non una pugnae facies. Cominus eminusque, catervis et cuneis concurrebant: in aggere viae conlato gradu, corporibus et umbonibus niti, omisso pilorum jactu, gladiis et securibus galeas loricasque perrumpere, noscentes inter se, ceteris conspicui, in eventum totius belli certabant.

43. *Forte, inter Padum viamque, patenti campo, duae legiones congressae sunt: pro Vitellio Unaetvicesima, cui cognomen* Rapaci, *vetere gloria insignis; e parte Othonis Prima Adjutrix, non ante in aciem deducta, sed ferox, et novi decoris avida. Primani, stratis Unaetvicesimanorum principiis, aquilam abstulere: quo dolore accensa legio, et impulit rursus Primanos, interfecto Orphidio Benigno Legato, et plurima signa vexillaque ex hostibus rapuit. A parte alia, propulsa Quintanorum impetu tertiadecima legio: cicumventi plurium adcursu quartadecimani. Et, Ducibus Othonis jam pridem profugis, Cecina ac Valens subsidiis suos firmabant. Accessit recens auxilium, Varus Alphenus cum Batavis, fusa gladiatorum manu, quam, navibus transvectam, oppositae cohortes in ipso flumine trucidaverant. Ita victores latus hostium invecti.*

i Vitelliani, e ricevuto il saluto con ostil fremito, molti di loro, che la cagione di tal saluto ignoravano, preser sospetto di tradimento. Avventossi allora il nemico esercito, fresco di forze, e maggiore di gagliardezza e di numero. Gli Ottoniani, benchè sbandati minori e stanchi, ferocemente presero la battaglia; e per luoghi, d' alberi e vigne intrigati, variò di forme la mischia: da lontano, e dappresso, a squadre e a conj affrontavansi: nell' argine della strada azzuffatisi, co' corpi e scudi s' urtavano: lasciato di scagliar aste, con spade e scuri elmi e corazze spezzavano: riconoscendosi, segnalandosi, combattevano come a finire la guerra.

43. A caso tra 'l Po e la strada affrontaronsi due legioni: per Vitellio la ventunesima, detta *Rapace*; in favor d' Ottone la prima *Ajutrice*, non usa ad altre battaglie, ma fiera e ardente di segnalarsi. La prima, rotta la fronte alla ventunesima, ne tolse l' aquila; e dal dolore accesa ributtò questa la prima, uccisone il legato Orfidio Benigno, e molte insegne e bandiere agl' inimici rapì. Dall' altra banda fu la legion tredicesima rovesciata dall' impeto della quinta; e inviluppata da maggior forza la quartadecima. E già fuggitisi i capitani di Ottone, Cecina e Valente i suoi di ajuti inforzavano. Varo Alfeno giunse in ajuto co' Batavi, sbaragliato lo stuolo de' gladiatori imbarcatisi, che dall' opposte coorti nel fiume stesso furono trucidati. Così vincitori, di fianco urtarono gl' inimici.

44. *Et, media acie perrupta, fugere passim Othoniani, Bedriacum petentes. Immensum id spatium: obstructae strage corporum viae. Quo plus caedis fuit. Neque enim, civilibus praeliis, capti in praedam vertuntur. Suetonius Paullinus, et Licinius Proculus, diversis itineribus, castra vitavere. Vedium Aquilam, tertiaedecimae legionis Legatum, irae militum inconsultus pavor obtulit. Multo adhuc die vallum ingressus, clamore seditiosorum et fugacium circumstrepitur: non probris, non manibus abstinent:* desertorem proditoremque *increpant: nullo proprio crimine ejus, sed more vulgi, suum quisque flagitium aliis objectantes. Titianum et Celsum nox juvit, dispositis jam excubiis, compressisque militibus, quos Annius Gallus precibus, consilio, auctoritate flexerat,* ne super cladem adversae pugnae suismet ipsi caedibus saevirent. Sive finis bello venisset, seu resumere arma mallent, unicum victis in consensu levamentum. *Ceteris fractus animus. Praetorianus miles,* non virtute se, sed proditione victum, *fremebat.* Ne Vitellianis quidem incruentam fuisse victoriam, pulso equite, rapta legionis aquila: superesse cum ipso Othone militum quod trans Padum fuerit; venire Moesicas legiones; magnam exercitus partem Bedriaci remansisse: hos certe nondum victos; et, si ita ferret, honestius in acie perituros. *His cogitationibus truces aut pavidi, extrema desperatione ad iram saepius, quam in formidinem stimulabantur.*

45. *At Vitellianus exercitus, ad quintum a*

44. E sgominatone il centro, fuggironsi gli Ottoniani in disordine verso Bedriaco: tragitto immenso, chiuse le vie di cadaveri, onde s' accrebbe la strage; chè nelle guerre civili non sono a preda i prigioni. Paolino e Procolo per vie diverse sfuggirono gli alloggiamenti. Un' insensata paura espose il Legato della legion tredicesima, Vedio Aquila, al furor de' soldati. Restando ancora gran giorno, entra nel campo, ed è stretto dallo schiamazzo e dal fremito de' fuggitivi e tumultuosi: lo ingiuriano, lo percuotono, *disertore e traditore* lo gridano; non per alcuna sua colpa, ma perch' è uso di volgo imputare ad altri le sue vergogne. La notte favorì Celso e Tiziano, poste di già le scolte e raffrenati i soldati, i quali aveva Annio Gallo con le preghiere il consiglio e l' autorità piegati *a non incrudelire tra loro dopo lo strazio d' una sconfitta: o che la guerra abbia fine, o che piaccia riprender l' armi, unico a' vinti sollievo essere la concordia*. Gli altri si sgomentarono. Fremevano i pretoriani, *per tradimento esser vinti*, *non per valore*. *Nè senza sangue i Vitelliani pur s' ebbero la vittoria: la cavalleria sbaragliata; un' aquila della legione rapita. Restare Ottone, e con lui quante v' han armi oltre Po; appressar le Mesie Legioni; starsi a Bedriaco gran parte ancor dell' esercito; questa certo non ancor vinta, ed all' uopo pronta a morire con più decoro in battaglia*. Per tai pensieri, ora feroci, ora timidi, erano dall' estrema disperazione ad ira più che a paura sospinti.

45. Ma l' esercito di Vitellio si accampò cinque

Bedriaco lapidem consedit, non ausis Ducibus eadem die oppugnationem castrorum. Simul voluntaria deditio sperabatur. Sed expeditis, et tantum ad praelium egressis, munimentum fuere arma et victoria. Postera die, haud ambigua Othoniani exercitus voluntate, et qui ferociores fuerant, ad poenitentiam inclinantibus, missa legatio: nec apud Duces Vitellianos dubitatum, quo minus pacem concederent. Legati paullisper retenti. Ea res haesitationem adtulit, ignaris adhuc, an impetrassent. Mox, remissa legatione, patuit vallum. Tum victi victoresque in lacrymas effusi, sortem civilium armorum misera laetitia detestantes. Iisdem tentoriis, alii fratrum, alii propinquorum, vulnera fovebant. Spes et praemia in ambiguo: certa, funera et luctus. Nec quisquam adeo mali expers, ut non aliquam mortem moereret. Requisitum Orphidii Legati corpus honore solito crematur: paucos necessarii ipsorum sepelivere: ceterum vulgus super humum relictum.

46. *Opperiebatur Otho nuntium pugnae, nequaquam trepidus, et consilii certus. Moesta primum fama, dein profugi e praelio perditas res patefaciunt. Non expectavit militum ardor vocem Imperatoris*. Bonum habere animum *jubebant*. Superesse adhuc novas vires, et ipsos extrema passuros ausurosque. *Neque erat adulatio. Ire in aciem, excitare partium fortunam, furore quodam et instinctu flagrabant. Qui procul adstiterant, tendere manus, et proximi prensare genua; promptissimo Plotio Firmo. Is Praetorii*

miglia presso a Bedriaco, non attentatisi i capitani a combattere lo stesso dì le trincee: e si sperava che si arrendessero. Ma, spediti e usciti sol per combattere, non s' ebber che l' armi e la vittoria a riparo. Il giorno poi, così volendo l' esercito, e già piegando i più feroci a pentirsi, gli Ottoniani mandarono a chieder pace; nè i Vitelliani si tennero d'accordarla. Trattennero alquanto gli ambasciadori: lo che crucciò gli Ottoniani, per non sapere se la impetrassero. Poi, rimandata l' ambasceria, s' apersero le trincee. Allor vinti e vincitori, piangendo dirottamente, la sorte dell' armi civili esecrano con miseranda allegrezza. Nelle medesime tende chi de' fratelli, chi de' parenti curavano le ferite. Le speranze ed i premj, ambigui; certe, le uccisioni ed i pianti: nè v' ebbe alcuno sì senza danno, che non avesse chi piangere. Fu ricercato ed arso con l' onor solito il corpo del legato Orfidio: pochi si tumularono da' lor congiunti: lasciossi il volgo a marcire per la campagna.

46. Attendeva Ottone l'esito della battaglia, niente smagato, e fermo nel suo proposito. Un tristo romore in prima, quindi i fuggiti della battaglia annunziano la sconfitta. L'ardor de' soldati non aspettò la voce del Principe: *a far cuore* lo confortavano: *restare ancora altre forze; tollererebbero, ed ardirebber essi ogni stremo*: nè l'adulavano. Da un certo furore accesi anelavan d' uscire in campo, e ravvivar la fortuna della fazione: stendean le mani i lontani, i vicini abbracciavangli le ginocchia, il più feroce mostrandosi Lucio Termo. Questi, pre-

Praefectus identidem orabat, ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret: majore animo tolerari adversa, quam relinqui: fortes et strenuos etiam contra fortunam insistere spei; timidos et ignavos ad desperationem formidine properare. *Quas inter voces, ut flexerat vultum aut induraverat Otho, clamor et gemitus. Nec praetoriani tantum, proprius Othonis miles, sed praemissi e Moesia*, eandem obstinationem adventantis exercitus, legiones Aquilejam ingressas, *nuntiabant. Ut nemo dubitet, potuisse renovari bellum atrox, lugubre, incertum victis et victoribus.*

47. *Ipse, aversus a consiliis belli*, hunc, *inquit*, animum, hanc virtutem vestram ultra periculis objicere, nimis grande vitae meae pretium puto. Quanto plus spei ostenditis, si vivere placeret, tanto pulchrior mors erit. Experti invicem sumus, ego ac Fortuna. Nec tempus computaveritis. Difficilius est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum. Civile bellum a Vitellio coepit; et, ut de Principatu certaremus armis, initium illic fuit: ne plusquam semel certemus, penes me exemplum erit. Hinc Othonem posteritas aestimet. Fruetur Vitellius fratre, conjuge, liberis: mihi non ultione, neque solatiis opus est. Alii diutius Imperium tenuerint: nemo tam fortiter reliquerit. An ego tantum Romanae pubis, tot egregios exercitus, sterni rursus, et Reip. eripi patiar? Eat hic mecum animus, tamquam perituri pro me fueritis. Sed este superstites. Nec diu moremur, ego incolumitatem vestram, vos constantiam meam. Plura de extremis

fetto de' pretoriani, ad ora ad ora lo scongiurava *a non abbandonare sì fido esercito, soldati sì benemeriti. Dura, non fugge il magnanimo le avversità: i forti e' prodi nella speranza insistono, contro ancora della fortuna: i timidi e vili alla disperazione si gettano dalla paura*. A queste voci, secondochè Ottone piegava o induriva il viso, acclamazioni o sospiri. Nè i pretoriani solo, sua propria forza, ma gl'inviati di Mesia lo assicuravano *di egual fermezza nell'appressante esercito, ed entrate in Aquileja le legioni*: talchè niun può dubitare, che rinnovar potevasi guerra atroce, lugubre, incerta a' vincitori ed a' vinti.

47. Egli, a' consigli di guerra avverso, *troppo gran prezzo*, disse, *della mia vita estimo esporre a nuovi pericoli cotest' animo, cotesto vostro valore. Quanto più mi confortate a sperare se vivere mi piacesse, tanto più bello sarà morire. Ci siam provati a vicenda, io e la Fortuna; nè abbiate rigurdo al tempo: è più difficile moderare felicità, che fuggitiva tu reputi. Vitellio destò la guerra civile, ed ei mi trasse a contendere del principato con l'armi. Io sarò esempio di non combatterne più d'una volta. Quinci estimino Ottone i posteri. Vitellio godasi fratello, moglie, figliuoli. Io di vendetta, nè di conforti, non abbisogno. Abbiansi gli altri tenuto più lungamente l'imperio: niuno lo avrà sì fortemente lasciato. Ch' io soffra tanta gioventù romana, tanti valenti eserciti un' altra volta si straziino, e alla repubblica si rapiscano? Mi segua questo vostr' animo pronto a morire per me; ma vi-*

loqui, pars ignaviae est. Praecipuum destinationis meae documentum habete, quod de nemine queror: nam incusare Deos vel homines, ejus est, qui vivere velit.

48. *Talia locutus*, *ut cuique aetas aut dignitas*, *comiter adpellatos*, irent propere, neu remanendo iram victoris asperarent, *juvenes auctoritate*, *senes precibus movebat: placidus ore*, *intrepidus verbis, intempestivas suorum lacrymas coercens*. Dari naves ac vehicula *abeuntibus jubet: libellos epistolasque*, *studio erga se aut in Vitellium contumeliis insignes*, *abolet*: *pecunias distribuit*, *parce*, *nec ut periturus*. *Mox Salvium Coccejanum*, *fratris filium*, *prima juventa*, *trepidum et moerentem*, *ultro solatus est*, *laudando* pietatem *ejus*, *castigando* formidinem; an Vitellium tam immitis animi fore, ut, pro incolumi tota domo, ne hanc quidem sibi gratiam redderet? mereri se festinato exitu clementiam victoris. Non enim ultima desperatione, sed poscente praelium exercitu, remisisse Reipub. novissimum casum. Satis sibi nominis, satis posteris suis nobilitatis quaesitum. Post Julios, Claudios, Servios, se primum in familiam novam imperium intulisse. Proinde erecto animo capesseret vitam, neu, patruum sibi Othonem fuisse, aut oblivisceretur unquam, aut nimium meminisset.

49. *Post quae*, *dimotis omnibus*, *paullum requievit*. *Atque illum supremas jam curas animo volutantem repens tumultus avertit*, *nuntiata*

vete; nè indugiam più, io la salvezza vostra, voi la mia gloria. Molto parlar di morte, è viltà; siavi argomento del mio proposito ch'io di nessuno mi dolgo: poichè incolpare gli Dii o gli uomini è proprio di chi vuol vivere.

48. Ciò detto, chiamato secondo il grado e l'età piacevolmente ciascuno, i giovani con autorità, con preghiere i vecchi esortava *a partirsi tosto; a non inferocire, indugiando, l' ira del vincitore:* placido in viso, di voce intrepido, reprimendo l' intempestivo pianto de' suoi. *Fa che si dieno e navi e carri a chi parte.* Brucia le lettere e le memorie notabili per affezione a lui, o per ingiurie a Vitellio: distribuisce danajo, parcamente, nè come avesse a morire. Quindi consola Salvio Coccejano, figliuolo di suo fratello, giovane imberbe, tremante, afflitto, lodandone la pietà, biasimandone lo spavento: *che sia Vitellio così inumano, che per la intera famiglia salva neppur tal grazia mi renda? con l' affrettata morte merito ben la clemenza del vincitore: perchè non per estrema disperazione, ma con l' esercito che vuol battaglia, risparmiai l' ultima calamità alla repubblica. Gran nome a me, grand' onore a' miei posteri procacciai. Dopo i Giulj, i Claudi, ed i Servj, io trassi il primo l' imperio in una nuova famiglia. Perciò attenda con fermo animo a vivere; nè si scordasse mai, nè troppo si ricordasse essere stato Ottone suo zio.*

49. Poi, congedati tutti, alquanto ei riposò: e già per l' anima ravvolgendo i pensieri estremi, da un repentino strepito fu riscosso. Era un tumulto

consternatione ac licentia militum. Namque abeuntibus exitium minitabantur ; atrocissima in Verginium, vi quem, clausa domo, obsidebant. Increpitis seditionis auctoribus, regressus, vacavit abeuntium adloquiis, donec omnes inviolati digrederentur. Vesperascente die, sitim haustu gelidae aquae sedavit. Tum adlatis pugionibus duobus, cum utrumque pertentasset, alterum capiti subdidit. Et explorato, jam profectos amicos, noctem quietam, utque adfirmatur, non insomnem egit. Luce prima, in ferrum pectore incubuit. Ad gemitum morientis ingressi liberti, servique, et Plotius Firmus, Praetorii Praefectus, unum vulnus invenere. Funus maturatum. Ambitiosis id precibus petierat, ne amputaretur caput, ludibrio futurum. *Tulere corpus praetoriae cohortes, cum laudibus et lacrymis, vulnus manusque ejus exosculantes. Quidam militum juxta rogum interfecere se ; non noxa, neque ob metum, sed aemulatione decoris, et caritate Principis. Ac postea promiscue Bedriaci, Placentiae, aliisque in castris, celebratum id genus mortis. Othoni sepulcrum extructum est, modicum, et mansurum.*

50. *Hunc vitae finem habuit septimo et tricesimo aetatis anno. Origo illi e municipio Ferentino. Pater consularis: avus praetorius: maternum genus impar, nec tamen indecorum. Pueritia ac juventa, qualem monstravimus. Duobus facinoribus, altero flagitiosissimo, altero egregio, tantundem apud posteros meruit bonae famae, quantum malae. Ut conquirere fabulosa, et fictis*

mosso dalla temerità de' soldati, che minacciavano uccidere chi partisse, con più furore a Virginio, che nella casa assediavano. Sgridati gli autori della sollevazione, e tornatone, attese a consolar chi partiva, sinochè tutti ne andaron salvi. A sera spense con acqua fresca la sete; quindi, recatigli due pugnali, tastolli entrambi, ed uno posene sotto al guanciale; e chiaritosi ch'eran partiti gli amici, passò tranquilla nè senza sonno, come si afferma, la notte. Al primo albore diè in un pugnale col petto. Al gemere del moribondo entrati liberti e servi, e Plozio Fermo prefetto de' pretoriani, trovarono una sola ferita. Affrettossene il funerale: avealo chiesto ardentemente egli stesso, *perchè il capo non gli mozzassero a farne strazio*. Portarono i pretoriani il cadavere con lodi e pianto, baciandone e la ferita e le mani. Alcuni soldati appresso al rogo s' uccisero: non per rimorso, nè per paura; ma per emulazione di gloria, e per amore del principe. E quindi a Bedriaco, a Piacenza, e in altri quartieri, molti si diedero alla rinfusa tal morte. Ad Ottone fu costruito sepolcro, misero, ma durevole.

50. Tal fine s'ebbe in età di trentasett' anni. Trasse l' origine di Ferento: il padre fu consolare, l' avo pretorio: madre, di sangue inferiore, non però vile. In fanciullezza ed in gioventù, quale già noi lo mostrammo: con due fatti, uno sceileratissimo, l' altro egregio, sì buono che tristo nome da' posteri si procacciò. Come ricercar favole, e ricrear con menzogne l' animo de' lettori, reputo in-

oblectare legentium animos, procul gravitate coepti operis crediderim; ita vulgatis traditisque demere fidem non ausim. Die, quo Bedriaci certabatur, avem inusitata specie apud Regium Lepidum celebri luco consedisse, *incolae memorant:* nec deinde coetu hominum, aut circumvolitantium alitum, territam pulsamve, donec Otho se ipse interficeret; tum ablatam ex oculis: et tempora reputantibus, initium finemque miraculi cum Othonis exitu competisse.

51. *In funere ejus, novata luctu ac dolore militum seditio. Nec erat, qui coerceret. Ad Verginium versi, modo*, ut reciperet imperium; *nunc*, ut legatione apud Caecinam ac Valentem fungeretur; *minitantes orabant. Verginius, per aversam domus portam furtim degressus, inrumpentes frustratus est. Earum, quae Brixelli egerant, cohortium, preces Rubrius Gallus tulit. Et venia statim impetrata, concedentibus ad victorem, per Flavium Sabinum, iis copiis, quibus praefuerat.*

52. *Posito ubique bello, magna pars Senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab urbe, dein Mutinae relicta. Illuc de adverso praelio adlatum. Sed milites, ut falsum rumorem adspernantes, quod infensum Othoni Senatum arbitrabantur, custodire sermones, vultum habitumque trahere in deterius: conviciis postremo ac probris caussam et initium caedis quaerebant: cum alius insuper metus Senatoribus instaret, ne, praevalidis jam Vitellii partibus, cunctanter excepisse victoriam crederentur. Ita*

degno della gravità di quest' opera; così tor fede a cose scritte e diffuse non oserò. Narrano i paesani, *che il dì che combatteasi a Bedriaco un uccello di strana forma si posò presso a Reggio in un bosco frequentatissimo: nè spaventato e cacciato dal concorso degli uomini e degli uccelli, svolazzantigli intorno, sinchè Ottone si uccise; disparve allora dagli occhi: e ragguagliando i tempi, il principio e il fine di tal prodigio con la uccisione di Ottone si riscontravano.*

51. Nel suo funerale si rinnovò per l' angoscia e il pianto la sedizion de' soldati: nè v' era chi la frenasse. Volti a Virginio, or *che prendesse l'imperio*, or *che a Cecina e a Valente ambasciadore ne andasse*, minacciosi lo scongiuravano. Virginio, furtivamente fuggitosi per l' uscio opposto, deluse gli assalitori. Recò Rubrio Flavio i prieghi delle coorti, ch' eran rimaste a Bressello: e ottenner tosto perdono, traendo Flavio Sabino a devozione del vincitore l' armi, che a lui sottostettero.

52. Posata ovunque la guerra, gran parte de'Padri corse pericolo estremo, partitasi con Ottone di Roma, poscia lasciata in Modona. Colà recossi la nuova della sconfitta. Ma i soldati, come una falsa voce sprezzandola perchè ad Ottone credevan nemici i Padri, spiavano le parole, il volto ed il portamento sinistramente ne interpretavano; in ultimo con vituperj e rampogne cercavan pretesti e cause da farne strazio, mentr' eran presi anche da un' altra paura, d' esser creduti, prevalendo già i Vitelliani, lenti ad accoglierne la vittoria. Così da

trepidi et utrimque anxii coeunt: nemo privatim expedito consilio, inter multos societate culpae tutior. Onerabat paventium curas Ordo Mutinensis, arma et pecuniam *offerendo*, *adpellabatque* Patres Conscriptos, *intempestivo honore*.

53. *Notabile jurgium inde fuit*, *quo Licinius Caecina Marcellum Eprium*, ut ambigua disserentem, *invasit*. *Nec ceteri sententias aperiebant: sed invisum memoria delationum*, *expositumque ad invidiam*, *Marcelli nomen*, *inritaverat Caecinam*, *ut novus adhuc*, *et in Senatum nuper adscitus*, *magnis inimicitiis claresceret*. *Moderatione meliorum dirempti*. *Et rediere omnes Bononiam*, *rursus consiliaturi*: *simul*, *medio temporis*, *plures nuntii sperabantur*. *Bononiae*, *divisis per itinera*, *qui recentissimum quemque percunctarentur*, *interrogatus Othonis libertus* caussam digressus, habere se suprema ejus mandata *respondit*: ipsum viventem quidem relictum, sed sola posteritatis cura, et abruptis vitae blandimentis. *Hinc admiratio*, *et plura interrogandi pudor: atque omnium animi in Vitellium inclinavere*.

54. *Intererat consiliis frater ejus L. Vitellius*, *seque jam adulantibus offerebat*, *cum repente Coenus*, *libertus Neronis*, *atroci mendacio universos perculit*, *adfirmans*, superventu XIV legionis, junctis a Brixello viribus, caesos victores, versam partium fortunam. *Caussa fingendi fuit*, *ut diplomata Othonis*, *quae negligebantur*, *laetiore nuntio revalescerent*. *Et Coenus quidem rapi-*

ogni parte angosciati e timidi si congregano, niun di per sè con risoluto consiglio: l'essere in colpa con molti ciascuno rassicurava. Accresceva il Magistrato di Modona le angosce de' paurosi, offrendo *armi e danaro;* e con importuno onore *Padri Coscritti* appellavali.

53. Fu segnalata poi la rampogna, onde Licinio Cecina si scagliò contro Marcello Eprio, *perchè ambiguamente parlamentava*. Nè gli altri chiaro esprimevansi: ma il nome di Marcello, abborrito per la memoria delle sue delazioni ed esposto all'odio, irritò Cecina a volere, qual uomo nuovo e di fresco ammesso in Senato, con grandi inimicizie illustrarsi. La moderazione de' buoni li temperò. E ritornaron tutti a Bologna per consultarsi di nuovo: molte novelle ancora in quel frattempo speravansi. In Bologna appostaron uomini in su le vie per chiederne chi più di fresco arrivasse. Un liberto d'Ottone interrogato *perchè partitosi?* disse, *recarne l'ultima volontà: averlo pure lasciato vivo; solo occupato della sua fama, e rotta ogni lusinga di vita.* Maravigliarono, e vergognaronsi di più chiederne: e tutti gli animi per Vitellio si dichiararono.

54. Interveniva a' consigli il suo fratello Lucio Vitellio, e già presentavasi agli adulanti, quando Ceno, liberto di Nerone, improvisamente sgomentò tutti con atroce menzogna, asserendo *che, sopraggiunta la legione quattordicesima, le forze unitesi di Bresello, furono i vincitori disfatti, e si cambiò la fortuna*. Finse tal rotta perchè i diplomi d'Ottone, già vilipesi, al lieto annunzio rinvigorisse-

de in urbem vectus, paucos post dies, jussu Vitellii poenas luit. Senatorum periculum auctum, credentibus Othonianis militibus vera esse, quae adferebantur. Intendebat formidinem, quod publici consilii facie discessum Mutina, desertaeque partes forent. Nec ultra in comune congressi, sibi quisque consuluere: donec missae a Fabio Valente epistolae demerent metum. Et mors Othonis, quo laudabilior, eo velocius audita.

55. *At Romae nihil trepidationis: Cereales ludi ex more spectabantur. Ut* cessisset vita Othonem, et a Flavio Sabino, Praefecto urbis, quod erat in urbe militum sacramento Vitellii adactum, *certi auctores in theatrum adtulerunt*, Vitellio *plausere: populus cum lauru ac floribus Galbae imagines circum templa tulit, congestis in modum tumuli coronis, juxta lacum Curtii, quem locum Galba moriens sanguine infecerat. In Senatu cuncta, longis aliorum principatibus composita, statim decernuntur. Additae* erga germanicos exercitus laudes gratesque; *et missa legatio, quae gaudio fungeretur. Recitatae Fabii Valentis epistolae, ad Consules scriptae, haud immoderate: gratior Caecinae modestia fuit, quod non scripsisset.*

56. *Ceterum Italia gravius atque atrocius, quam bello adflictabatur. Dispersi per municipia et colonias Vitelliani, spoliare, rapere, vi et stupris polluere, in omne fas nefasque avidi aut venales, non sacro, non profano abstinebant. Et fuere, qui inimicos suos, specie militum, inter-*

ro. E Ceno, corso di fretta a Roma, fra pochi giorni per ordine di Vitellio vi fu punito. Crebbe il pericolo de' Senatori, credendo i soldati Ottoniani vero quanto affermavasi. Aumentavane lo spavento l'esser partiti da Modona sotto color di consiglio pubblico, e averne abbandonata la parte. Nè più congregatisi insieme, ciascun provvide a sè stesso; sinchè le lettere di Valente tolsero ogni paura. E la morte di Ottone, quanto più commendevole, tanto più ratta si divulgò.

55. Ma Roma non ne fu scossa: celebravano i consueti giuochi di Cerere. Appena giunse in teatro l' avviso certo, *essere Ottone morto*, *e da Flavio Sabino prefetto della città obbligate con giuramento a Vitellio quante in Roma eran forze*, gridaron *viva Vitellio*. Il popolo con lauro e fiori dintorno a' templi portò l' effigie di Galba, serti ammassando a forma di tumolo appo 'l lago Curzio, che Galba aveva morendo di sangue contaminato. In Senato decretasi immantinente quanto s' ideò mai ne' lunghi principati degli altri. Si aggiunser *lodi e ringraziamenti agli eserciti di Germania*; e ambasciadori spedironsi a rallegrarsene. Si lesser lettere di Fabio Valente a'Consoli, non orgogliose: più di Cecina gradita fu la modestia, che niente scrisse.

56. Per altro Italia più gravemente e atrocemente straziavasi, che per guerra. I Vitelliani, sparsi per le colonie ed i municipj, spogliavano, rapivano, violenza e stupri mescevano: ingordamente, a ragione, a torto, sacro e profano egualmente vendevano, divoravano. E v' ebbe alcuni, che i proprj nemici ucccisero,

ficerent. Ipsique milites, regionum gnari, refertos agros, dites domos, in praedam, aut, si repugnatum foret, ad excidium destinabant: obnoxiis Ducibus, et prohibere non ausis. Minus avaritiae in Caecina, plus ambitionis: Valens, ob lucra et quaestus infamis, eoque alienae etiam culpae dissimulator. Jam pridem adtritis Italiae rebus, tantum peditum equitumque, vis, damnaque, et injuriae, aegre tolerabantur.

57. *Interim Vitellius, victoriae suae nescius, ut ad integrum bellum, reliquas Germanici exercitus vires trahebat. Pauci veterum militum in hibernis relicti, festinatis per Gallias delectibus, ut remanentium legionum nomina supplerentur. Cura ripae Hordeonio Flacco permissa: ipse e Britannico delectu octo millia sibi adjunxit. Et, paucorum dierum iter progressus,* prosperas apud Bedriacum res, ac morte Othonis concidisse bellum, *accepit. Vocata concione, virtutem militum laudibus cumulat. Postulante exercitu,* ut libertum suum Asiaticum equestri dignitate donaret, *inhonestam adulationem compescit. Dein, mobilitate ingenii, quod palam abnuerat, inter secreta convivii largitur: honoravitque Asiaticum annulis, foedum mancipium, et malis artibus ambitiosum.*

58. *Iisdem diebus*, accessisse partibus utramque Mauretaniam, interfecto Procuratore Albino, *nuntii venere. Lucejus Albinus, a Nerone Mauretaniae Caesariensi praepositus, addita per Galbam Tingitanae provinciae administratione, haud spernendis viribus agebat. XVIIII cohor-*

mostrando uccider soldati. Ed i soldati stessi, pratici de' paesi, a depredare apprestavansi le pingui ville, e le ricche case [4], ed, incontrandovi resistenza, ad esterminarle; non attentandosi i capitani, ligj a' soldati, a reprimerli. Era minor l'avarizia, maggiore la vanità di Cecina: Valente per guadagni e traffichi infame, e perciò l'altrui colpe ancora dissimulava. Spossata già da gran tempo Italia, tanti cavalli e fanti, e violenze, e danni, ed ingiurie a gran pena si tolleravano.

57. Vitellio intanto, ignorando la sua vittoria, traeva, come ad intera guerra, il resto delle legioni germaniche. Pochi de' veterani lasciaronsi ne' quartieri, fattasi per le Gallie una leva in fretta per ristorar le legioni che rimanevano. Ordeonio Flacco fu posto a guardare il Reno. Egli si unì ottomila della leva Britannica; ed inoltratosi pochi giorni intese *la battaglia vinta a Bedriaco, e con la morte di Ottone la guerra spenta*. Chiamatili a parlamento, colma di elogj il valor de' soldati: schiamazzando l'esercito, *che ad Asiatico suo liberto l'equestre dignità conferisse*, la disonesta adulazione affrenò. Quindi, per leggerezza di senno, ciò che aveva negato in pubblico, concede in un privato convito: e decorò dell'anello Asiatico, sozzo schiavo, e iniquamente ambizioso.

58. Ne' giorni stessi giunsero avvisi *accostatesi ambo le Mauritanie a Vitellio, ucciso Albino Procuratore*. Lucejo Albino, avutasi da Nerone la Cesariense in governo, e da Galba aggiuntagli la Tingitana, avea forze non ispregievoli. Diecinove coorti, cinque bande di cavalieri, gran quantità di

tes, quinque alae, ingens Maurorum numerus aderat, per latrocinia et raptus apta bello manus. Caeso Galba, in Othonem pronus, nec Africa contentus, Hispaniae, angusto freto diremptae, imminebat. Inde Cluvio Rufo metus: et decimam legionem propinquare litori, *ut transmissurus, jussit: praemissi Centuriones, qui Maurorum animos Vitellio conciliarent. Neque arduum fuit, magna per provincias Germanici exercitus fama. Spargebatur insuper,* spreto *Procuratoris* vocabulo, Albinum insigne regis, et *Jubae* nomen usurpare.

59. *Ita mutatis animis, Asinius Pollio alae Praefectus, e fidissimis Albino, et Festus ac Scipio, cohortium Praefecti, opprimuntur. Ipse Albinus, dum e Tingitana provincia Caesariensem Mauretaniam petit, adpulsus litori, trucidatur. Uxor ejus, cum se percussoribus obtulisset, simul interfecta est: nihil eorum, quae fierent, Vitellio anquirente. Brevi auditu, quamvis magna, transibat, impar curis gravioribus.* Exercitum itinere terrestri pergere *jubet: ipse Arare flumine devehitur, nullo Principali paratu, sed vetere egestate conspicuus: donec Junius Blaesus, Lugdunensis Galliae Rector, genere inlustri, largus animo, et par opibus, circumdaret Principi ministeria, comitaretur liberaliter; eo ipso ingratus, quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. Praesto fuere Lugduni victricium victarumque partium Duces. Valentem et Caecinam, pro concione laudatos, curuli suae circumposuit. Mox* universum exercitum

Mori, gente per i saccheggi ed i ladronecci atta alla guerra. Ucciso Galba, inclinando ad Ottone, e non contento dell' Affrica, agognava la Spagna, da breve golfo divisa. Cluvio Rufo ne insospettì; e fece appressare la legion Decima al lido, come per tragittarla: mandò centurioni innanzi per guadagnare il cuor de' Mori a Vitellio; nè fu difficile, per la gran fama nelle provincie del germanico esercito. Oltracciò bisbigliavagli *che Albino, sdegnando il titolo di procuratore, usurpava il nome di Giuba con ogni fregio di re*.

59. Cangiatisi dunque gli animi, uccidonsi Asinio Pollione, capitan di cavalleria, de' più fedeli ad Albino, e Festo e Scipione, prefetti delle coorti. Lo stesso Albino, inoltrandosi dalla Tingitana alla Cesariense, nel dare in terra è trafitto. La moglie sua, presentatasi agli uccisori, è seco lui trucidata: non ricercando Vitellio nulla di ciò che opravasi, udiva e dimenticava le cose più rilevanti, a gravi carichi inetto. Fa per terra avanzar l'esercito: egli discende giù per la Sonna, con niuna insegna di principe, ma per l'antica povertà ragguardevole: sinchè Giunio Bleso, della Gallia Lionese governatore, di chiara stirpe, d'animo generoso e pari alle sue ricchezze, gli formò treno di principe, liberalmente lo corteggiò; per questo appunto discaro, benchè Vitellio velasse l'odio con servili carezze. In Lione gli si offerirono i capitani de' vincitori e de' vinti. Lodò Cecina e Valente in pubblico parlamento; e fe' sederlisi accanto. Ordina poi *che l'intero esercito incontri il suo figliuolo bambino*,

occurrere infanti filio *jubet: perlatumque, et paludamento opertum sinu retines*, Germanicum *adpellavit, cinxitque cunctis fortunae Principalis insignibus. Nimius honos inter secunda rebus adversis in solatium cessit.*

60. *Tum interfecti Centuriones promptissimi Othonianorum: unde praecipua in Vitellium alienatio per Illyricos exercitus. Simul ceterae legiones contactu, et adversus Germanicos milites invidia, bellum meditabantur. Suetonium Paullinum, ac Licinium Proculum, tristi mora squalidos tenuit, donec auditi, necessariis magis defensionibus, quam honestis uterentur. Proditionem ultro imputabant:* spatium longi ante praelium itineris, fatigationem Othonianorum, permixtum vehiculis agmen, ac pleraque fortuita, fraudi suae *adsignantes: et Vitellius credidit de perfidia, et fidem absolvit. Salvius Titianus, Othonis frater, nullum discrimen obiit, pietate et ignavia excusatus. Mario Celso Consulatus servatur. Sed creditum fama, objectumque mox in Senatu Caecilio Simplici,* quod eum honorem pecunia mercari, nec sine exitio Celsi, voluisset. *Restitit Vitellius, deditque postea Consulatum Simplici, innoxium et inemptum. Trachalum adversus criminantes Galeria, uxor Vitellii, protexit.*

61. *Inter magnorum virorum discrimina (pudendum dictu) Mariccus quidam, e plebe Bojorum, inserere sese fortunae, et provocare arma Romana, simulatione Numinum, ausus est. Jamque* adsertor Galliarum, et Deus (*nomen id sibi*

e recatoselo in braccio, ed ammantato di clamide, *Germanico* lo appellò, ed ornollo di tutti i fregj dell'imperiale fortuna. Il quale onore, eccessivo nelle prosperità, gli fu nelle avversità di conforto [5].

60. Di poi s'uccisero i centurioni Ottoniani più valorosi: lo che principalmente irritò gl'Illirici eserciti. L'altre legioni ancora per lo contatto e l'invidia contro i soldati germanici, non ruminavan che guerra. Lasciò marcire nello squallore d'un carcere Svetonio Paolino e Licinio Procolo: sinchè, ascoltati, difese addussero più necessarie, che oneste. Si dichiaravano traditori: *il marciar lungo prima della battaglia, la spossatezza degli Ottoniani, i carriaggi mischiati con le ordinanze, ed altri casuali accidenti a propria frode* ascrivevano. E Vitellio alla perfidia credette, e della fede gli assolse. Salvio Tiziano, fratel di Ottone, niun rischio corse, scusato per l'attinenza e la ignavia. A Mario Celso conservasi il Consolato: ma bisbigliossi, e credettesi, e quindi in Senato a Cecilio Semplice rimproverossi, *ch'egli volesse comprarlosi, e con ruina di Celso*. Non aderì Vitellio, e poi diede a Semplice il Consolato, illeso e non compro. Galeria, moglie di Vitellio, protesse contro gli accusatori Tracàlo.

61. Fra le vicende de'grandi (vergogna a dirsi) un Maricco della plebe de'Boj osò commettersi alla fortuna [6], ed infingendosi un Dio provocar l'armi romane. E già *Liberator delle Gallie e Dio* (tal nome erasi apposto), sollevati ottomil'uomini, stra-

indiderat) *concitis octo millibus hominum, proximos Aeduorum pagos trahebat; cum gravissima civitas, electa juventute, adjectis a Vitellio cohortibus, fanaticam multitudinem disjecit. Captus in eo praelio Mariccus, ac mox feris objectus, quia non laniabatur, stolidum vulgus inviolabilem credebat: donec, spectante Vitellio, interfectus est.*

62. *Nec ultra in defectores, aut bona cujusquam, saevitum: rata fuere eorum, qui acie Othoniana ceciderant, testamenta, aut lex intestatis. Prorsus, si luxuriae temperaret, avaritiam non timeres. Epularum foeda et inexplebilis libido. Ex urbe atque Italia irritamenta gulae gestabantur, strepentibus ab utroque mari itineribus: exhausti conviviorum adparatibus Principes civitatum: vastabantur ipsae civitates: degenerabat a labore ac virtute miles, adsuetudine voluptatum, et contemptu Ducis. Praemisit in urbem edictum, quo vocabulum* Augusti *differret*, Caesaris *non reciperet, cum de potestate nihil detraheret. Pulsi Italia mathematici. Cautum severe,* ne Equites Rom. ludo et arena polluerentur. *Priores id Principes pecunia, et saepius vi perpulerant: ac pleraque municipia, et coloniae, aemulabantur, corruptissimum quemque adolescentium pretio inlicere.*

63. *Sed Vitellius, adventu fratris, et inrepentibus dominationis magistris, superbior, et atrocior, occidi Dolabellam jussit, quem in coloniam Aquinatem sepositum ab Othone retulimus. Dolabella, audita morte Othonis, urbem in-*

scinava i vicini borghi degli Edui; quando la Città prudentissima, col fior de' giovani e le coorti aggiuntevi da Vitellio, dissipò l'invasa ciurmaglia. Preso in quella zuffa Maricco, ed esposto quindi alle fiere, perchè non n'era sbranato, credevasi dal volgo stolto inviolabile, sin che al cospetto di Vitellio fu spento.

62. Nè oltre contro i ribelli o le sostanze d'alcuno s'incrudelì. Valsero i testamenti a' morti nella battaglia Ottoniana, e agl' intestati la legge. Non avevi a temer di avarizia, se temperavasi nella lussuria. Erane vituperosa e insaziabile la voracità: da Roma e Italia recavansi incentivi di gola, romoreggiandone dall' uno all' altro mare le strade: in imbandigioni di mense i grandi delle città consumavansi, rovinavansi le città stesse: degenerava dalla fatica e dal valore il soldato per l'abitudine de' piaceri e il disprezzo del capitano. Spedì a Roma un editto per differire il titol di *Augusto*, nè assumer quello di *Cesare*, nulla però scemando del poter suo. Cacciaronsi d'Italia gli astrologi. Severamente si proibì *che i Cavalieri Romani nell' arena e nel Circo si deturpassero*. Gl'Imperadori anteriori aveanli a ciò con danajo, e per lo più con forza sospinti: e molti municipj e colonie rivaleggiavano ad allettarvi a prezzo i giovani più corrotti.

63. Ma Vitellio, per il fratello giunto e per gli appresi maestri della tirannide vieppiù superbo e feroce, fa uccidere Dolabella, cui narrammo già rilegato da Ottone nella colonia di Aquino. Dolabella, udita la morte di Ottone, s'era recato in Ro-

troierat. Id ei Plancius Varus, Praetura functus, ex intimis Dolabella amicis, apud Flavium Sabinum, Praefectum urbis, objecit, tamquam rupta custodia, Ducem se victis partibus ostentasset. *Addidit*, tentatam cohortem, quae Hostiae ageret: *nec ullis tantorum criminum probationibus: in poenitentiam versus seram, veniam post scelus quaerebat. Cunctantem super tanta re Flavium Sabinum, Triaria, L. Vitellii uxor, ultra foeminam ferox, terruit*, ne periculo Principis famam clementiae adfectaret. *Sabinus, suopte ingenio mitis, ubi formido incessisset, facilis mutatu, et in alieno discrimine sibi pavens, ne adlevasse videretur, impulit ruentem.*

64. *Igitur Vitellius, metu et odio, quod Petroniam, uxorem ejus, mox Dolabella in matrimonium accepisset, vocatum per epistolas*, vitata Flaminiae viae celebritate, divertere Interamnium, atque ibi interfici *jussit. Longum interfectori visum: in itinere ac taberna, projectum humi jugulavit: magna cum invidia novi Principatus, cujus hoc primum specimen noscebatur. Et Triariae licentiam modestum e proximo exemplum onerabat, Galeria Imperatoris uxor, non immixta tristibus: et pari probitate, mater Vitelliorum Sextilia, antiqui moris. Dixisse quin etiam, ad primas filii sui epistolas, ferebatur*, non Germanicum a se, sed Vitellium genitum. *Nec ullis postea fortunae inlecebris, aut ambitu civitatis, in gaudium evicta, domus suae tantum adversa sensit.*

65. *Digressum a Lugduno Vitellium M. Clu-*

ma. Accusollo di ciò Plancio Varo, di già pretore, amico intrinseco di Dolabella, a Flavio Sabino, prefetto della città, *come se, rotto il carcere, si presentasse capo alla vinta parte*. Aggiunse, *aver tenuta la squadra stanziata in Ostia:* senza una prova di tante accuse: tardi pentitone, gli brigava dopo il misfatto perdono. Ondeggiando Flavio Sabino su tanto affare, Triaria, moglie di Lucio Vitellio, feroce più che mai donna, lo impaurì *a non voler con rischio del Principe spacciar clemenza*. Sabino, di sua natura benigno, facile a volgersi ove paura il prendesse, e temendo di portar pena dell'altrui colpa, per non parere di averlo retto, a rovinare lo spinse.

64. Vitellio adunque, e per sospetto e per odio, perchè erasi Dolabella a Petronia unito, già moglie sua, chiamatolo a sè per lettere comandò, *che, schivata la via Flaminia frequentatissima, condotto a Terni ivi si trucidasse*. Parve il cammino lungo al sicario: in via in un albergo atterratolo lo scannò; con gran carico del nuovo imperio, che di sè dava tal saggio. Ed aggravava la temerità di Triaria un esempio domestico di modestia, Galeria moglie del Principe, non meschiatasi in niuna calamità, e con egual probità, Sestilia, madre de' due Vitellj, donna d'antiche maniere. Anzi narravasi, che rispondesse alle prime lettere di suo figlio, *non generato da lei Germanico, ma Vitellio:* nè per lusinghe mai di fortuna, o per adulazioni di Roma, vinta dall'allegrezza, provò soltanto i disastri della sua casa.

65. Lasciata Marco Cluvio Rufo la Spagna, seguì

vius Rufus adsequitur, omissa Hispania; laetitiam et gratulationem vultu ferens, animo anxius, et petitum se criminationibus gnarus Hilarius, Caesaris libertus, detulerat, tamquam audito Vitellii et Othonis Principatu, propriam ipse potentiam, et possessionem Hispaniarum tentasset: eoque diplomatibus nullum Principem praescripsisset. *Interpretabatur quaedam ex orationibus ejus, contumeliosa in Vitellium, et pro se ispo popularia. Auctoritas Cluvii praevaluit, ut puniri ultro libertum suum Vitellius juberet. Cluvius comitatui Principis adjectus, non adepta Hispania, quam rexit absens, exemplo L. Arruntii. Eum Tiberius Caesar ob metum, Vitellius Cluvium nulla formidine retinebat. Non idem Trebellio Maximo honos. Profugerat Britannia, ob iracundiam militum: missus est in locum ejus Vettius Bolanus e presentibus.*

66. *Angebat Vitellium victarum legionum haudquaquam fractus animus. Sparsae per Italiam, et victoribus permixtae, hostilia loquebantur: praecipua quartadecimanorum ferocia, qui* se victos, *abnuebant;* quippe Bedriacensi aciae, vexillariis tantum pulsis, vires legionis non adfuisse. *Remitti eos in Britanniam, unde a Nerone exciti erant, placuit; atque interim Batavorum cohortes una tendere, ob veterem adversus quartadecimanos discordia. Nec diu, in tantis armatorum odiis, quies fuit. Augustae Taurinorum, dum opificem quendam Batavus ut fraudatorem insectatur, legionarius ut hospitem tuetur, sui cuique commilitones adgregati, a conviciis ad caedem*

Vitellio partitosi di Lione; con gioja e festa nel viso, d'animo travagliato, sapendo essere accusato da Ilario liberto di Cesare, *come se, udito rivaleggiar Vitellio ed Ottone, tentasse di trarre a sè la signoria della Spagna: e perciò il nome di nessun Principe a' suoi diplomi apponesse*. Alcuni tratti delle orazioni sue cavillava, come a Vitellio ingiuriosi, e popolari per sè. L'autorità di Cluvio prevalse; talchè Vitellio ordinò che si punisse il liberto. Fu aggiunto Cluvio al corteggio del Principe, senza rapirgli la Spagna, che resse assente all'esempio di Lucio Arrunzio; non per timore, che avesse di lui Vitellio, come Tiberio di Arrunzio. Lo stesso onore non s'ebbe Trebellio Massimo: fuggì di Brettagna per il furor de' soldati; in luogo suo vi mandò Vezio Bolano, del suo corteggio.

66. Crucciava Vitellio l'animo delle vinte legioni non abbattuto: sparse per l'Italia, e meschiate fra' vincitori, bravavano da nemiche: sommo era l' orgoglio della quattordicesima, che ricusavasi vinta: perchè a Bedriaco, rotti i vessillarj soltanto, non vi fu il nervo della legione. Piacque rimandarla in Brettagna, donde Nerone la trasse, ed accamparla intanto con le coorti Batave seco in antica discordia; nè queti a lungo gli sdegni di tanti armati si tennero. Mentre in Turino un Batavo investe qual barattiere un artefice, e un legionario qual ospite lo protegge, a ciascheduno aggiuntisi i suoi compagni, dall' onte al sangue passarono; e ardevane zuffa atroce, se due compagnie pretoriane, preso il

transiere. Et praelium atrox exarsisset, ni duae praetoriae cohortes, caussam quartadecimanorum secutae, his fiduciam, et metum Batavis fecissent. Quos *Vitellius* agmini suo jungi, *ut fidos;* legionem, Grajis Alpibus traductam, eo flexu itineris ire *jubet*, quo Viennam vitarent. *Namque et Viennenses timebantur. Nocte, qua proficiscebatur legio, relictis passim ignibus, pars Taurinae coloniae ambusta: quod damnum, ut pleraque belli mala, majoribus aliarum urbium cladibus obliteratum. Quartadecimani postquam Alpibus digressi sunt, seditiosissimus quisque signa Viennam ferebant: consensu meliorum compressi, et legio in Britanniam transvecta.*

67. *Proximus Vitellio e praetoriis cohortibus metus erat. Separati primum, deinde, addito honestae missionis lenimento, arma ad Tribunos suos deferebant: donec motum a Vespasiano bellum crebresceret: tum, resumpta militia, robur Flavianarum partium fuere. Prima classicorum legio in Hispaniam missa, ut pace et otio mitesceret: undecima ac septima suis hibernis redditae: tertiadecimani struere amphitheatra jussi. Nam Caecina Cremonae, Valens Bononiae, spectaculum gladiatorum edere parabant: numquam ita ad curas intento Vitellio, ut voluptatum oblivisceretur.*

68. *Et quidem partes modeste distraxerat: apud victores orta seditio, ludicro initio, nisi numerus caesorum invidiam bello auxisset. Discubuerat Vitellius Ticini, adhibito ad epulas Verginio. Legati Tribunique, ex moribus Impe-*

partito de' legionarj, non facean cuore a questi, paura a' Batavi, che da Vitellio, come fedeli, alla sua squadra s' unirono, e s' inviò la legione per l' Alpi Graje, affinchè a Vienna non s' appressasse; poichè de' Viennesi ancora temevasi. La notte, che la legione partì, pe' fuochi qua e là lasciati arse parte della città di Torino: il qual danno, come altri assai della guerra, dalle maggiori ruine d' altre città fu sepolto. Discese l' Alpi, drizzavano i sediziosi inverso Vienna le insegne; ma li contenne l' union de' buoni; e la legione in Brettagna fu traghettata.

67. L' altro timor di Vitellio erano i pretoriani. Prima divisi, poi raddolciti con onorato congedo, rendevan l' armi a' tribuni, sinchè la guerra mossa da Vespasiano romoreggiò: ripresa allor la milizia, furono il nervo della fazione Flaviana. Mandò la prima legion navale in Ispagna per ammansirla nella pace e nell' ozio: restituì l' undecima e settima alle sue stanze: pose ad edificare anfiteatri la terzadecima; poichè Cecina in Cremona, Valente in Bologna, apparecchiavano giuochi di gladiatori, non mai Vitellio tanto agli affari applicatosi, che si scordasse i piaceri.

68. E saggiamente in vero quella fazione smembrò. Nacque tumulto tra' vincitori, per giuoco, se non avesse il numero degli uccisi accresciuto odio alla guerra. Era Vitellio a desco in Pavia, e banchettava seco Virginio. I legati e i tribuni, secondo

ratorum, severitatem aemulantur, vel tempestivis conviviis gaudent: perinde miles intentus, aut licenter agit. Apud Vitellium omnia indisposita, temulenta, pervigiliis ac Bacchanalibus, quam disciplinae et castris, propiora. Igitur duobus militibus, altero legionis quintae, altero e Gallis auxiliaribus, per lasciviam ad certamen luctandi accensis, postquam legionarius prociderat, insultante Gallo, et iis, qui ad spectandum convenerant, in studia diductis, erupere legionarii in perniciem auxiliorum, ac duae cohortes interfectae. Remedium tumultus fuit alius tumultus. Pulvis procul, et arma adspiciebantur, conclamatur repente, XIV legionem, verso itinere, ad praelium venire. *Sed erant agminis coactores. Agniti, dempsere solicitudinem. Interim Verginii servus forte obvius, ut* percussor Vitellii *insimulatur. Et ruebat ad convivium miles*, mortem Verginii *exposcens. Ne Vitellius quidem, quamquam ad omnes suspiciones pavidus, de innocentia ejus dubitavit. Aegre tamen cohibiti, qui exitium viri Consularis, et quondam Ducis sui, flagitabant. Nec quemquam saepius, quam Verginium, omnis seditio infestavit. Manebat admiratio viri, et fama; sed oderant, ut fastiditi.*

69. *Postero die Vitellius, Senatus legatione, quam ibi opperiri jusserat, audita, transgressus in castra, ultro* pietatem militum *conlaudavit: frementibus auxiliis*, tantum impunitatis atque adrogantiae legionariis accessisse. *Cohortes Batavorum, ne quid truculentius auderent, in Germaniam remissae: principium interno simul exter-*

i costumi de' generali, a gravità si compongono o a gavazzare si sciolgono: così contiensi egualmente o si disfrena il soldato. Appo Vitellio tutto era scompiglio e crapola, e di baccanti bordello più che guerriero contegno. Due soldati adunque, un legionario della quinta ed un gallo tra lor per giuoco infocatisi ad una lotta, stramazzò il legionario, ed insultandolo il gallo, e parteggiando fra loro gli spettatori, i legionarj avventaronsi a trucidar gli ausiliarj, e due coorti ne spensero. Fu del tumulto altro tumulto rimedio. Scorgeansi armi e polverìo da lontano: si gridò subito, *che la legione quattordicesima ne veniva, voltato strada, a combattere*. Ma erano i direttori delle ordinanze: riconosciutili, si calmarono. A caso intanto in un servo di Virginio imbattutisi, per un sicario lo prendono di Vitellio, e la truppa già s'avventava alla mensa, gridando *morte a Virginio*. Neppur Vitellio, benchè tremante d'ogni sospetto, dell'innocenza sua dubitò: pur si frenarono a stento quelli, che il sangue d'un consolare e già lor capitano anelavano. Nè altri più che Virginio fu d'ogni sedizione bersaglio. Ne ammiravano la grandezza e la celebrità; ma, come da lui sprezzati, l'odiavano.

69. Il dì seguente Vitellio, udita l'ambascerìa del Senato, alla quale ingiunse di quivi attenderlo, passò nel campo, e commendò l'affezione de' legionarj, fremendo gli ajuti *che andasse tanta arroganza impunita*. Le compagnie de' Batavi, perchè maggiori atrocità non ardissero, in Germania si rimandarono; preparando i fati ad altra guerra principio,

noque bello parantibus fatis. Reddita civitatibus Gallorum auxilia, ingens numerus, et prima statim defectione, inter inania belli adsumptus. Ceterum, ut largitionibus adfectae jam imperii opes sufficerent, amputari legionum auxiliorumque numeros *jubet, vetitis supplementis: et promiscuae missiones offerebantur. Exitiabile id Reipublicae, ingratum militi, cui eadem munia inter paucos, periculaque, ac labor crebrius redibant. Et vires luxu corrumpebantur, contra veterem disciplinam, et instituta majorum; apud quos virtute, quam pecunia, res Romana melius stetit.*

70. *Inde Vitellius Cremonam flexit, et, spectato munere Caecinae, insistere Bedriacensibus campis, ac vestigia recentis victoriae lustrare oculis, concupivit. Foedum atque atrox spectaculum. Intra XL pugnae diem, lacera corpora, trunci artus, putres virorum equorumque formae, infecta tabo humus, protritis arboribus atque frugibus, dira vastitas. Nec minus inhumana pars viae, quam Cremonenses lauro rosisque constraverant, extructis altaribus, caesisque victimis, regium in morem: quae, laeta in praesens, mox perniciem ipsis fecere. Aderant Valens et Caecina, monstrabantque pugnae locos:* hinc inrupisse legionum agmen, hinc equites coortos: inde circumfusas auxiliorum manus. *Jam Tribuni Praefectique, sua quisque facta extollentes, falsa, vera, aut majora vero miscebant. Vulgus quoque militum, clamore et gaudio, deflectere via, spatia certaminum recognoscere, aggerem armorum,*

interna insieme ed esterna. Restituironsi alle lor terre gli ajuti gallici, numero grande, e ch'egli, ribellatosi appena, assunse a maggior mostra di guerra [8]. Per altro, perchè le forze spossate già dell'imperio a'donativi bastassero, ordina *che si scemino e le legioni e gli ajuti*, vietatone i supplementi, ed offrendo indistintamente congedi: operazion rovinosa per la repubblica, a'soldati ingrata, su'quali pe'l minor numero più sovente gli stessi carichi e le fatiche e i pericoli ricadevano. E ne snervava le forze il lusso, contro la disciplina antica e le istituzioni degli antenati, che la potenza romana più col valore, che col danaro sostennero.

70. Quindi piegò Vitellio a Cremona, e visto il giuoco datovi da Cecina, bramò fermarsi a Bedriaco, e saziar la vista nelle vestigie della recente vittoria. Sozzo ed atroce spettacolo. Dopo quaranta giorni dalla battaglia, vedevansi corpi laceri, membra mozze, cavalli ed uomini putrefatti, lordo di tabe il terreno, e, fracassati alberi e biade, solitudine spaventevole. Nè meno inorridiva parte della strada, coperta da'Cremonesi di alloro e rose, uoo are erette e vittime uccise, a costumanza di Re: la quale, per allor grata festività, fu loro poi di rovina. V'eran Valente e Cecina, ed additavano i luoghi della battaglia: *di là scoppiarono le legioni: qua le cavallerie s'azzuffarono: quindi si sparsero gli ausiliarj*. I tribuni ancora e i prefetti, ciascuno le proprie geste esaltando, menzogne, esagerazioni, e verità mescolavano. I fantaccini stessi con clamorosa gioja escon di via, riconoscono i luoghi delle battaglie, le cataste dell'armi, i cumoli de'ca-

strues corporum intueri, mirari. Et erant quos varia fors rerum, lacrymaeque et misericordia subiret. At non Vitellius flexit oculos, nec tot millia insepultorum civium exhorruit. Laetus ultro, et tam propinquae fortis ignarus, instaurabat sacrum Diis loci.

71. *Exin Bononiae a Fabio Valente gladiatorum spectaculum editur, advecto ex urbe cultu. Quantoque magis propinquabat, tanto conruptius iter, immixtis histrionibus et spadonum gregibus, et cetero Neronianae aulae ingenio. Namque et Neronem ipsum Vitellius admiratione celebrabat, sectari cantantem solitus, non necessitate, qua honestissimus quisque, sed luxu et saginae mancipatus emptusque. Ut Valenti et Caecinae vacuos honoris menses aperiret, coarctati aliorum Consulatus; dissimulatus Martii Marci, tamquam Othonianarum partium Ducis: et Valerium Marinum, destinatum a Galba Consulem, distulit; nulla offensa, sed mitem, et injuriam segniter laturum. Pedanius Costa omittitur, gratus Principi, ut adversus Neronem ausus, et Verginii extimulator: sed alias protulit caussas. Actaeque insuper Vitellio gratiae, consuetudine servitii.*

72. *Non ultra paucos dies, quamquam acribus initiis coeptum, mendacium valuit. Extiterat quidam,* Sribonianum se Camerinum ferens, Neronianorum temporum metu in Histria ocultatum, quod illic clientelae et agri veterum Crassorum, ac nominis favor manebat. *Igitur, deterrimo quoque in argumentum fabulae adsumpto, vulgus cre-*

daveri affisano, ne millantano [9]. V'eran pur tali, che, dal variare delle vicende commossi, ne lagrimavano: ma non Vitellio ritrasse gli occhi; nè a tanti mila cittadini insepolti raccapricciò: ebbro di gioja, ed ignorando qual sorte già lo premesse, agl' Iddii del luogo sagrificava.

71. Diè quindi Valente in Bologna il giuoco de' gladiatori con apparato tratto da Roma: e quanto a Roma più s'appressava Vitellio, tanto più n'era vituperoso il viaggio, per gl'istrioni e gli eunuchi tramisti a gregge, ed ogni altra tresca del Neroniano bordello [10]. Poich' egli pur con ammirazione esaltava Nerone stesso, solito a corteggiarlo nel canto; non per necessità, come i buoni, ma come schiavo vendutosi per ingrassar nella crapola. Per affrettare a Valente ed a Cecina gli onori, abbreviaronsi i Consolati degli altri: si trasandò Marzio Macro, come capitano Ottoniano: e differì Valerio Marino, Consolo eletto da Galba; per niuna colpa, ma perchè buono, e tale da non sentirne l'ingiuria. Trascurasi Pedanio Costa, discaro al Principe, come ribelle a Nerone e istigator di Virginio: altre ragioni però ne addusse. E se ne resero oltracciò grazie a Vitellio per assuefazion di servaggio.

72. Pochi dì solo, benchè diffusa con forza, una menzogna durò. Ebbevi un tale, *che Scriboniano Camerino spacciavasi, celatosi per timore della tirannide Neroniana nell' Istria, ove clientele, sostanze, e credito avea la stirpe de' Crassi*. Assunto dunque ogni pessimo per accreditare la favola, il volgo credulo, e alquanti soldati, presi

dulum, et quidam militum, errore veri, seu turbatum studio, certatim adgregabantur: cum pertractus ad Vitellium, interrogatusque quis nam mortalium esset, *postquam nulla dictis fides, et a domino noscebatur, conditione fugitivus, nomine* Geta, *sumptum de eo supplicium servilem in modum.*

73. *Vix credibile memoratu est, quantum superbiae socordiaeque Vitellio adoleverit, postquam speculatores e Syria Judaeaque*, adactum in verba ejus Orientem, *nuntiavere. Nam etsi vagis adhuc et incertis auctoribus, erat tamen in ore famaque Vespasianus, ac plerumque ad nomen ejus Vitellius excitabatur. Tum ipse, exercitusque, ut nullo aemulo, saevitia, libidine, raptu, in externos mores proruperant.*

74. *At Vespasianus bellum armaque, et procul vel juxta sitas vires, circumspectabat. Miles ipsi adeo paratus, ut praeeuntem sacramentum, et fausta Vitellio omnia precantem, per silentium audierint. Muciani animus, nec Vespasiano alienus, et in Titum pronior. Praefectus Aegypti, T. Alexander, consilia sociaverat. Tertiam legionem, quod e Syria in Moesiam transisset, suam numerabat. Ceterae Illyrici legiones, secuturae sperabantur. Namque omnes exercitus flammaverat adrogantia venientium a Vitellio militum; quod truces corpore, horridi sermone, ceteros, ut impares, inridebant. Sed in tanta mole belli plerumque cunctatio: et Vespasianus, modo in spem erectus, aliquando adversa reputabat:* Quis ille dies foret, quo LX

dall'ignoranza, o per disìo di tumulti, a gara gli si attruppavano, allorchè tratto a Vitellio, ed interrogato *chi fosse?* intrigandosi nelle risposte, e dal padrone riconosciuto per uno schiavo fuggitogli, di nome *Geta*, fu giustiziato da schiavo.

73. Può appena credersi quanto crescesse orgoglio e infingardezza a Vitellio, poichè gli esploratori di Siria e di Giudea gli arrecarono il giuramento prestatogli dall' Oriente. Perchè, sebbene con grido vago ed incerto, pur per le bocche aggiravasi Vespasiano, ed al suo nome sovente Vitellio si risentiva [11]. Quindi egli e l' esercito, come senza competitore, a crudeltà, rapine, libidini, ad ogni costume barbaro, si disciolsero.

74. Ma Vespasiano la guerrra e l' arme e le vicine e lontane forze pesava. Era per lui così disposto il soldato, che lo udì muto intonare il ginramento [12] a Vitellio, e pregargli ogni felicità. L' animo di Muciano non alieno da Vespasiano, e più propenso per Tito. Alessandro, governator dell'Egitto, s' era con lui concertato. La legion terza, perchè di Siria passata in Mesia, sua reputava. Sperava che il seguirebbono l'altre legioni d' Illiria. Poichè tutti gli eserciti incollerì l' arroganza di que' soldati, che da Vitellio giungevano: perchè d' aspetto terribili, d' aspro linguaggio, gli altri, come inferiori, schernivano. Ma vacillavasi a muover guerra di sì gran mole, e Vespasiano, infiammatovi dalla speranza, talvolta ancora i sinistri ne ponderava: *qual mai sarebbe quel giorno, in cui una vita di sessant' an-*

aetatis annos et duos filios juvenes bello permitteret? Esse privatis cogitationibus progressum; et prout velint, plus minusve sumi ex Fortuna: Imperium cupientibus nihil medium inter summa et praecipitia.

75. *Versabatur ante oculos Germanici exercitus robur, notum viro militari:* Suas legiones civili bello inexpertas; Vitellii, victrices: et apud victos, plus querimoniarum, quam virium: fluxam per discordias militum fidem, et periculum ex singulis. Quid enim profuturas cohortes alasque, si unus alterque praesenti facinori paratum ex diverso praemium petat? Sic Scribonianum sub Claudio interfectum: sic percussorem ejus, Volaginium, e gregario ad summa militiae provectum. Facilius universos impelli, quam singulos vitari.

76. *His pavoribus nutantem, et alii Legati amicique firmabant, et Mucianus, post multos secretosque sermones, jam et coram ita locutus:* Omnes qui magnarum rerum consilia suscipiunt, aestimare debent, an, quod incohatur, Reipubicae utile, ipsis gloriosum, aut promptum effectu, aut certe non arduum sit. Simul ipse, qui suadet, considerandus est, adjiciatne consilio periculum suum: et, si Fortuna coeptis adfuerit, cui summum decus adquiratur. Ego te, Vespasiane, ad Imperium voco, tam salutare Reipublicae, quam tibi magnificum. Juxta Deos in tua manu positum est. Nec speciem adulantis expaveris: a contumelia, quam a laude propius fuerit, post Vitellium eligi. Non adversus divi

ni e due figli giovani avventurasse alla guerra? potersi private imprese arrischiare, ed a talento più o meno pendere dalla fortuna: per gli aspiranti all' imperio non darsi mezzo tra il colmo ed il precipizio.

75. Gli si aggirava dinanzi agli occhi la forza del germanico esercito, nota a canuto guerriero: *le sue legioni non use a guerre civili: le Vitelliane esserne vincitrici: ne' vinti essere più lamenti, che forze: dubbia nelle discordie la fedeltà de' soldati, e di ciascuno tremarsi. Poichè a che giovano interi eserciti, se un fante o l' altro chieda al nemico il prezzo già preparato ad un atroce misfatto? Così, sotto Claudio, Scriboniano fu spento: così l' uccisore suo Volaginio fu di vil fante a' primarj gradi della milizia promosso. Più facile è sollevare un esercito, che guardarsi da ciascheduno.*

76. Per queste paure in forsse, gli altri legati e gli amici lo avvaloravano; e Muciano, dopo molti e segreti colloquj, palesemente alfine così parlò: *chiunque apprestasi a grandi imprese, dee ponderare s'elle sien utili alla repubblica, a sè gloriose, facili o almen non ardue a compirsi. Deve pesarsi ancor chi consiglia, se col consiglio il suo pericolo unisca; ed, ove la sorte arrida all' imprese, chi s' abbiane maggior gloria. Io ti chiamo, o Vespasiano, all' imperio, con altrettanto onor tuo, con quanto utile della repubblica. Gl' Iddii nelle tue mani l' han posto. Non temer ombra di adulazione: è più ignominia, che onore, esservi dopo Vitellio innalzato. Non insorgiamo già noi*

Augusti acerrimam mentem, nec adversus cautissimam Tiberii senectutem, ne contra Caji quidem, aut Claudii, vel Neronis, fundatam longo imperio domum exurgimus. Cessisti etiam Galbae imaginibus. Torpere ultra, et polluendam perdendamque Rempublicam relinquere, sopor et ignavia videretur, etiam si tibi, quam inhonesta, tam tuta servitus esset. Abiit jam et transvectum est tempus, quo posses videri non cupisse. Confugiendum est ad Imperium. An excidit trucidatus Corbulo? splendidior origine, quam nos sumus, fateor: sed et Nero, nobilitate natalium, Vitellium anteibat. Satis clarus est apud timentem, quisquis timetur. Et posse ab exercitu Principem fieri, sibi ipse Vitellius documento est: nullis stipendiis, nulla militari fama, Galbae odio provectus. Ne Othonem quidem Ducis arte, aut exercitus vi, sed praepropera ipsius desperatione victum, jam desiderabilem et magnum Principem fecit. Cum interim spargit legiones, exarmat cohortes, nova quotidie bello semina ministrat, si quid ardoris ac ferociae miles habuit, popinis, et comessationibus, et Principis imitatione, deteritur. Tibi e Judaea et Syria et Aegypto novem legiones integrae, nulla acie exhaustae, non discordia conruptae: sed firmatus usu miles, et belli domitor externi: classium, alarum, cohortium robora; et fidissmi reges; et tua ante omnes experientia.

77. Nobis nihil ultra adrogabo, quam ne post

contro la mente acutissima del Divo Augusto, nè contro alla vecchiezza astutissima di Tiberio, nè contro pur la famiglia di Cajo, o Claudio, o Nerone, per lungo imperio assodata. Cedesti ancora alla nobiltà di Galba. Intorpidire più oltre, e lasciare contaminare e perdere la repubblica, letargo e viltà parrebbe, ancorchè, quanto disonorata, tanto sicura servitù ti restasse. Già scorse e svanì quel tempo, in cui potevi mostrare di non averlo agognato [13]*: unico rifugio è l'imperio. Il trucidato Corbulone obbliasti? Era di stirpe, il confesso, più luminoso che noi: ma Nerone ancora avanzava per nobiltà di sangue Vitellio. Ed è, chiunque è temuto, abbastanza nobile per chi teme. E che possa crearsi il principe da un esercito, Vitellio stesso n'è prova; per niuna impresa, per niuna militar gloria, dall'odio contro Galba inalzatovi. Ed egli già rese Ottone, non già vinto per senno di capitano o per valore di esercito, ma per sua precipitata disperazione, desiderato e gran principe. Or mentr'e' qua e là le legioni spande, disarma le compagnie, ogni dì porge nuove cagioni alla guerra, se punto avanza di ardore e di fierezza al soldato, nelle taverne consumasi e nelle crapole ad imitazione del principe. Tu hai di Giudea, di Siria, d'Egitto nove legioni intere, da niuna guerra consunte, da niuna discordia guaste; ma truppa indurata all'armi, e di barbari domatrice: flotte, cavalli, e fanti, poderosissimi; re fedelissimi; e l'esperienza tua sopra tutti.*

77. *Io non altro m'arrogherò, che non essere*

Valentem ac Caecinam numeremur. Ne tamen Mucianum socium spreveris, quia aemulum non experiris. Me Vitellio antepono, te mihi. Tuae domui triumphale nomen, duo juvenes, capax jam Imperii alter, et primis militiae annis apud Germanicos quoque exercitus clarus. Absurdum fuerit, non cedere Imperium, ei cujus filium adoptaturus essem, si ipse imperarem. Ceterum inter nos non idem prosperarum adversarumque rerum ordo erit. Nam, si vincimus, honorem, quem dederis, habebo: discrimen ac pericula ex aequo partiemur. Immo, ut melius est, tu hos exercitus rege; mihi bellum, et praeliorum incerta trade. Acriore hodie disciplina victi, quam victores agunt: hos ira, odium, ultionis cupiditas ad virtutem accendit; illi, per fastidium et contumaciam, hebescunt. Aperiet et recludet contecta et tumescentia victricium partium vulnera bellum ipsum. Nec mihi major in tua vigilantia, parsimonia, sapientia, fiducia est, quam in Vitellii torpore, inscitia, saevitia. Sed et meliorem in bello caussam, quam in pace habemus. Nam qui deliberant, desciverunt.

78. *Post Muciani orationem ceteri audentius circumsistere*, *hortari*, responsa vatum et siderum motus *referre*. *Nec erat intactus tali superstitione*, *ut qui mox*, *rerum dominus*, *Seleucum quendam*, *mathematicum*, *rectorem et praescium palam habuerit*. *Recursabant animo vetera omina: cupressus arbor in agris ejus*, *conspicua altitudine*, *repente prociderat; ac postera die*. *eodem vestigio resurgens*, *procera et latior vire*

men di Valente e di Cecina apprezzato. Non però tu Muciano sdegnar compagno, perchè rivale non l'hai: io me a Vitellio antepongo, te a me. Ha la tua casa nome trionfale, ha due giovani, un già capace d'imperio, e chiaro dalla sua prima milizia anche a' germanici eserciti. Strano sarebbe non cedere l'imperio a quello, il cui figlio m'adotterei, s'io stesso signoreggiassi. Non fia però che tra noi ad una stessa misura il danno e il pro si comparta: chè, se vinciamo, ne avrò l'onore, che mi darai; travagli e rischj del pari sopporteremo. Anzi, com'è pur meglio, governa tu questi eserciti; a me confida la guerra e i rischj delle battaglie. Oggi in miglior disciplina tengonsi i vinti che i vincitori: ira, dispetto, e avidità di vendetta infiamma quelli a virtù: questi stracchezza [14] *snerva e arroganza. La stessa guerra scoprirà le occulte e tumide piaghe della fazion vincitrice. Nè io più nella tua vigilanza, frugalità, prudenza confido, che nella stupidezza, ignoranza, atrocità di Vitellio. Miglior partito la guerra è alfine per noi che la pace: chè ribellossi già, chi delibera.*

78. Parlato ch'ebbe Muciano, gli altri più arditamente lo assediano, lo confortano, le consenzienti stelle e i consultati oracoli gli ricordano. Nè puro egli era di tale superstizione, come colui, che già signor dell'imperio tenne palesemente un tale Seleuco astrologo per direttore e indovino. Gli ricorrevan per l'animo gli antichi augurj. Ne' suoi poderi un cipresso, di segnalata altezza improvisamente atterrossi: e il giorno poi dalle radici medesime

bat. Grande id, prosperumque, consensu Haruspicum: et summa claritudo juveni admodum Vespasiano promissa. Sed primo triumphalia, et Consulatus, et Judaicae victoriae decus, implesse fidem ominis videbantur: ut haec adeptus est, portendi sibi Imperium credebat. Est Judaeam inter Syriamque Carmelus, ita vocant montem Deumque. Nec simulacrum Deo, aut templum (sic tradidere majores); aram tantum et reverentiam. Illic sacrificanti Vespasiano, cum spes occultas versaret animo, Basilides Sacerdos, inspectis identidem extis, quidquid est, *inquit,* Vespasiane, quod paras, seu domum extruere, seu prolatare agros, sive ampliare servitia, datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum. *Has ambages et statim exceperat fama, et tunc aperiebat. Nec quidquam magis in ore vulgi: crebriores apud ipsum sermones, quanto sperantibus plura dicuntur.*

79. *Haud dubia destinatione discessere: Mucianus Antiochiam, Vespasianus Caesaream: illa Syriae, haec Judaeae caput est. Initium ferendi ad Vespasianum Imperii Alexandriae coeptum, festinante Tiberio Alexandro, qui Kal. Jul. sacramento ejus legiones adegit. Isque primus Principatus dies in posterum celebratus, quamvis Judaicus exercitus V. Non. Jul. apud ipsum jurasset, eo ardore, ut ne Titus quidem filius expectaretur, Syria remeans, et consiliorum inter Mucianum ac patrem nuntius. Cuncta impetu militum acta: non parata concione, non conjunctis legionibus.*

rigermogliando più rigoglioso fioriva: grande e felice presagio secondo tutti gli Aruspici, e luminosa grandezza a Vespasiano assai giovane promettevasi. Ma in prima le trionfali, ed il consolato, e l'onore della vittoria giudaica, parevano aver compiuto il presagio: appena ciò conseguì, credeva essergli mostro l'imperio. Sorge tra la Giudea e la Siria il Carmelo, così chiamano il monte e il Dio, nè il Dio v'ha immagine o tempio (così gli antichi ordinarono); ara soltanto e venerazione. Là Vespasiano sagrificando, volgendo speranze occulte per l'animo, il sacerdote Basilide, esaminate attentamente le viscere, *checchè*, disse, *o Vespasiano, tu mediti, o costruire un palazzo, o dilatare i poderi, o aumentare gli schiavi, gran seggio ti si destina, confini amplissimi, uomini innumerevoli.* E tosto divulgò tali ambiguità la fama, e allora le dichiariva: nè d'altro più ragionavasi; tanto più spesso con lui, quanto più cose diconsi da chi spera [15].

79. Fermi ne'lor disegni recaronsi, ad Antiochia Muciano, in Cesarea Vespasiano: quella è capital della Siria, questa della Giudea. In Alessandria fu dove prima s'acclamò principe Vespasiano per opera di Tiberio Alessandro, che il primo di Luglio strinse a giurargli fede le sue legioni. E fu questo il giorno, che in seguito si celebrò come il primo del principato, benchè l'esercito di Giudea giurasse a' tre di Luglio a lui stesso, con tale ardore, che non si attese neppure che dalla Siria tornasse il suo figlio Tito, il qual menava tra Muciano e il padre la trama. Tutto si oprò con impeto militare, senza tener consiglio, senz'adunar le legioni.

80. *Dum quaeritur tempus locusque, quodque in re tali difficillimum, prima vox, dum animo spes, timor, ratio, casus obversantur: egressum cubiculo Vespasianum pauci milites, solito adsistentes ordine, ut Legatum salutaturi*, Imperatorem *salutavere. Tum ceteri adcurrere*, Caesarem *et* Augustum, *et omnia Principatus vocabula cumulare. Mens a metu ad fortunam transierat. In ipso nihil tumidum, adrogans, aut in rebus novis novum fuit. Ut primum tantae altitudinis offusam oculis caliginem disjecit, militariter locutus, laeta omnia et adfluentia excepit. Namque id ipsum opperiens Mucianus, alacrem militem in verba Vespasiani adegit. Tum Antiochensium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est, concurrentes et in adulationem effusos adloquitur: satis decorus etiam Graeca facundia, omniumque, quae diceret atque ageret, arte quadam ostentator. Nihil aeque provinciam exercitumque accendit, quam quod adseverabat Mucianus*, statuisse Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriam, ad militiam opulentam quietamque transferret; contra Syriacis legionibus Germanica hiberna, caelo ac laboribus dura, mutarentur. *Quippe et provinciales sueto militum contubernio gaudebant, plerique necessitudinibus et propinquitatibus mixti; et militibus vetustate stipendiorum nota et familiaria castra in modum Penatium diligebantur.*

81. *Ante Idus Jul. Syria omnis in eodem sacramento fuit. Accessere cum Regno Sohemus, haud spernendis viribus; Antiochus, vetustis opi-*

80. Mentre ricercasi il tempo e il luogo, e ciò, che in tal caso è difficilissimo, chi gridi il primo, mentre l'animo fra la speranza il timore il senno e gli accidenti combatte, pochi soldati, aspettando al solito Vespasiano, essendo, uscito di camera, per salutarlo come legato, *imperadore* lo salutarono. Allora tutti s'affollano, e *Cesare*, e *Augusto* e tutti i titoli del principato gli appongono. S'era inalzato l'animo dalla paura all'imperio. Niuna vanezza fu in lui, niuna arroganza, niuna in tal novità nuova forma. Appena sgombrò dagli occhi il bagliore di tanto evento [16], militarmente parlamentato, si fece incontro alla sua buona fortuna. Poichè Muciano, che tal momento aspettava, gli fe' giurar fedeltà dall'esercito volonteroso. Entrato poi nel teatro, ove gli Antiocheni sogliono consultare, che di gran turba adulante romoreggiava, parlamentò: bastantemente adorno anche di greca facondia, e d'ogni suo fatto e detto ostentatore ingegnoso. Nulla cotanto accese e la provincia e l'esercito, quanto l'asseverar di Muciano *essere volontà di Vitellio, che le legioni germaniche si trasferissero a stanza quieta ed agiata in Siria, e le Siriache a durar gelo e fatiche nella Germania*. Imperocchè i provinciali si dilettavano dell'usata compagnia de' soldati, co' quali ancora s'erano molti congiunti di parentela: ed i soldati, da lungo avvezzi a que'dimestici e comodi alloggiamenti, come sua casa gli amavano.

81. Prima di mezzo Luglio tutta la Siria prestogli egual giuramento. Gli si unirono co' reami, Soemo, di non ignobili forze, ed Antioco, forte

bus ingens, et inservientium Regum ditissimus. Mox per occultos suorum nuntios excitus ab urbe Agrippa, ignaro adhuc Vitellio, celeri navigatione properaverat. Nec minore animo Regina Berenice partes juvabat, florens aetate formaque, et seni quoque Vespasiano magnificentia munerum grata. Quidquid provinciarum adluitur mari, Asia atque Achaja tenus, quantumque introrsus Pontum et Armenios patescit, juravere. Sed inermes Legati regebant, nondum additis Cappadociae legionibus. Consilium de summa rerum Beryti habitum. Illuc Mucianus, cum Legatis Tribunisque, et splendidissimo quoque Centurionum ac militum, venit: et e Judaico exercitu lecta decora. Tantum simul peditum equitumque, et aemulantium inter se Regum paratus, speciem fortunae Principalis effecerant.

82. *Prima belli cura, agere delectus, revocare veteranos. Destinantur validae civitates exercendis armorum officinis: apud Antiochenses aurum argentumque signatur: eaque cuncta per idoneos ministros, suis quaeque locis, festinabantur. Ipse Vespasianus adire, hortari, bonos laude, segnes exemplo, incitare saepius, quam coercere; vitia magis amicorum, quam virtutes dissimulans. Multos praefecturis et procurationibus, plerosque Senatorii ordinis honore percoluit; egregios viros, et mox summa adeptos: quibusdam fortuna pro virtutibus fuit. Donativum militi neque Mucianus prima concione, nisi modice, ostenderat; ne Vespasianus quidem plus civili bello obtulit, quam alii in pace: egre-*

di antica possanza, e il più ricco de' re soggetti. Quindi vi giunse da Roma con affrettata navigazione Agrippa, da lui senza saperne Vitellio occultamente invitato. Nè Berenice regina con minor cuore la sua fazione ajutava, bella d'aspetto e di giovinezza, e per lautezza di doni al vecchio Vespasiano anche accetta. Giurarono quante provincie il mar bagna insino all' Asia e all' Acaja, e quanto paese estendesi in entro il Ponto e gli Armeni: ma li reggevano legati inermi, non unite ancor le legioni di Cappadocia. Consiglio tennesi della somma di tanta guerra in Berito. Là si recò Muciano con i legati e i tribuni, ed ogni centurione e soldato più ragguardevole, e il fiore delle legioni giudaiche. Tanti cavalli e fanti, e la pompa di tanti re guerreggianti, davan aspetto d' imperial corte al consiglio.

82. La prima cura fu di far leve e richiamar veterani. Nelle più forti città s' apprestan fabbriche d' armi: oro ed argento coniasi in Antiochia: e tutto ciò da ministri esperti a suo luogo s' accelerava. Vespasiano stesso li visitava; i buoni con le lodi esortava, assai più con l' esempio animava i pigri; anzi i vizj che le virtù degli amici dissimulando. Decorò molti di prefetture e governi, molti di dignità senatoria, uomini egregj, che i sommi onori poi s'ebbero: alcuni in luogo delle virtù s'ebbero la fortuna. Il donativo a' soldati nè da Muciano fu nella prima aringa se non parcamente promesso, nè da Vespasiano pur nella civil guerra si diè maggiore, che nella pace dagli altri: egregiamente fermo contro la militar profusione, e perciò con miglior

gie firmus adversus militarem largitionem, eoque exercitu meliore. Missi ad Parthum Armeniumque legati; provisumque, ne, versis ad civile bellum legionibus, terga nudarentur. Titum instare Judaeae, Vespasianum obtinere claustra Aegypti placuit: sufficere videbantur adversus Vitellium, pars copiarum, et Dux Mucianus, et Vespasiani nomen, ac nihil arduum fatis. Ad omnes exercitus Legatosque scriptae epistolae: praeceptumque, ut Praetorianos, Vitellio infensos, reciperandae militiae praemio invitarent.

83. *Mucianus cum expedita manu, socium magis Imperii, quam ministrum agens, non lento itinere, ne cunctari videretur, neque tamen properans, gliscere famam ipso spatio sinebat: gnarus, modicas vires sibi, et majora credi de absentibus. Sed legio sexta, et tredecim vexillariorum millia, ingenti agmine sequebantur. Classem e Ponto Byzantium adigi jusserat: ambiguus consilii, num, omissa Moesia, Dyrrachium pedite atque equite, simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet, tuta pone tergum Achaja Asiaque: quas inermes exponi Vitellio, ni praesidiis firmarentur: atque ipsum Vitellium in incerto fore, quam partem Italiae protegeret, si simul Brundisium Tarentumque, et Lucaniae Calabriaeque litora infestis classibus peterentur.*

84. *Igitur navium, militum, armorum, paratu strepere provinciae. Sed nihil aeque fatigabat, quam pecuniarum conquisitio:* eos esse belli civilis nervos, *dictitans Mucianus, non jus aut verum in cognitionibus, sed solam magnitudinem*

esercito. Mandaronsi ambasciadori al Parto e all' Armeno per non lasciare le spalle inermi, mentre alla guerra civile andavano le legioni. Piacque che Tito alla Giudea soprastasse, e Vespasiano tenesse chiuso l' Egitto: bastar parevano contro Vitellio parte dell' armi, e Muciano capo, e il nome di Vespasiano, e il fato sempre invincibile. Si scrisse a tutti gli eserciti ed a' Legati, *che a nuovo soldo invitassero i pretoriani sdegnati già di Vitellio.*

83. Muciano con truppa scelta, compagno più che ministro mostrandosi dell' imperio, avanzava, non lentamente per non parere indeciso, ma neppur ratto per dar agio alla fama di dilatarsi: sapendo *aver poche forze, e cose maggiori credersi de' lontani*. Ma la sesta legione e tredicimila vessillarj con treno immenso lo seguitavano. Aveva fatto dal Ponto passar l' armata a Bisanzio: dubbio nel suo pensiere, se abbandonata la Mesia con i cavalli e co' fanti a Durazzo andasse, e con le navi chiudesse il mar verso Italia; assicuratesi a tergo l' Acaja e l' Asia, che si esponeano a Vitellio inermi, ove di corpi non s' inforzassero: nè saprebbe Vitellio stesso qual parte guardar d' Italia, se con nemiche armate ad un tratto Brindisi, Taranto, e le riviere lucane e calabre s' investissero.

84. Per tanto apparecchio dunque di navi, soldati, ed armi romoreggiavano le provincie. Ma niente più travagliava quanto la provision del danaro. Muciano, uso a dire *che nervo di civil guerra è il danajo*, non diritto, non equità ne' giudi-

opum spectabat. Passim delationes: et locupletissimus quisque in praedam conrepti. Quae gravia atque intoleranda, sed necessitate armorum excusata, etiam in pace mansere: ipso Vespasiano, inter initia Imperii, ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante: donec indulgentia fortunae et pravis magistris didicit, ausus que est. Propriis quoque opibus Mucianus bellum juvit, largus privatim, quo avidius de Republica sumeret. Ceteri conferendarum pecuniarum exemplum secuti; rarissimus quisque eandem in reciperando licentiam habuerunt.

85. *Accelerata interim Vespasiani coepta, Illyrici exercitus studio, transgressi in partes. Tertia legio exemplum ceteris Moesiae legionibus praebuit. Octava erat ac septima Claudiana, imbutae favore Othonis, quamvis praelio non interfuissent. Aquilejam jam progressae, proturbatis, qui de Othone nuntiabant, laceratisque vexillis, nomen* Vitellii *praeferentibus, rapta postremo pecunia, et inter se divisa, hostiliter egerant. Unde metus, et ex metu consilium:* posse imputari Vespasiano, quae apud Vitellium excusanda erant. *Ita tres Moesicae legiones per epistolas adliciebant Pannonicum exercitum, aut abnuenti vim parabant. In eo motu Aponius Saturninus, Moesiae Rector, pessimum facinus audet, misso Centurione ad interficiendum Tertium Julianum, septimae legionis Legatum, ob simultates, quibus caussam partium praetendebat. Julianus, comperto discrimine, et gnaris locorum adscitis, per avia Moesiae, ultra montem He-*

zj, ma la grandezza sola delle ricchezze apprezzava. Si affollavano le delazioni; ed ogni ricco ghermivasi per farne spoglio: le quali cose gravi ed intollerabili, ma scusate dalla necessità della guerra, pur nella pace rimasero. Non era però Vespasiano, in signorìa nascente, d'animo fermo ad arricchir d'ingiustizie; ma la fortuna il corruppe, e, istruitone da rei maestri, l'osò. Anche del proprio Muciano ajutò la guerra, privatamente prodigo per ripigliarne più ingordamente dalla repubblica. Altri ne seguitaron l'esempio, e contribuirono; ma rari s'ebbero egual licenza di rivalersene.

85. Spronava intanto le imprese di Vespasiano il favore già dichiaratosi dell'illirico esercito. La legion terza ne diè l'esempio all'altre legioni di Mesia. Eran l'ottava e la settima Claudiana, ardenti già per Ottone, benchè non fossero alla battaglia. Recatesi ad Aquileja, ed espulsi quanti recavan nuove di Ottone, e lacerate le insegne col nome iscrittovi di Vitellio, rapito in fine e diviso insieme il danajo, s'eran condotte ostilmente. Preser di ciò paura, e di paura il consiglio *di farsi merito con Vespasiano di quanto avrebbono a darne conto a Vitellio.* Così le tre legioni di Mesia adescavan per lettere l'esercito di Pannonia, o, ricusando, a combatterlo s'apprestavano. In quel trambusto Aponio Saturnino, governator della Mesia, ardì pessima scelleratezza, mandando un centurione a speguere Terzio Giuliano, legato della legione settima; per inimicizie, a cui dava colore e nome di parte. Giuliano, scorto il pericolo ed affidatosi a'pratici del paese, per vie diserte fuggì di Mesia oltre l'Emo;

mum profugit. Nec deinde civili bello interfuit, per varias moras susceptum ad Vespasianum iter trahens, et ex nuntiis cunctabundus, aut properans.

86. *At in Pannonia XIII legio ac VII Galbiana, dolorem iramque Bedriacensis pugnae retinentes, haud cunctanter Vespasiano accessere, vi praecipua Primi Antonii. Is legibus nocens, et tempore Neronis falsi damnatus, inter alia belli mala, Senatorium ordinem reciperaverat. Praepositus a Galba septimae legioni, scriptitasse Othoni credebatur, Ducem se partibus offerens: a quo neglectus, in nullo Othoniani belli usu fuit. Labantibus Vitellii rebus, Vespasianum secutus, grande momentum addidit; strenuus manu, sermone promptus, serendae in alios invidiae artifex, discordiis et seditionibus potens, raptor, largitor, pace pessimus, bello non spernendus. Juncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Dalmaticum militem traxere, quamquam Consularibus Legatis nihil turbantibus. Titus Ampius Flavianus Pannoniam, Poppeus Silvanus Dalmatiam tenebant; divites senes. Sed Procurator aderat Cornelius Fuscus, vigens aetate, claris natalibus. Prima juventa, quietis cupidine, Senatorium ordinem exuerat. Idem pro Galba Dux coloniae suae, eaque opera Procurationem adeptus Vespasiani partibus acerrimam bello facem praetulit: non tam praemiis periculorum, quam ipsis periculis laetus; pro certis, et olim partis, nova, ambigua, ancipitia malebat. Igitur movere et quatere quidquid usquam*

nè poscia alla civil guerra intervenne, temporeggiando con varj indugj il cammino, secondo gli avvisi or tardo ed ora sollecito, a Vespasiano.

86. Ma in Pannonia la tredicesima e settima legione Galbiana, feroci ancora e dogliose per la sconfitta a Bedriaco, immantinente accostaronsi a Vespasiano, ad impulso principalmente di Primo Antonio. Costui, per legge già condannato di falsità, signoreggiando Nerone, fralle altre calamità della guerra, ricuperò la dignità senatoria. Posto da Galba al governo della legione settima si credeva che avesse più volte scritto ad Ottone, capo esibendosi di sua parte: da lui negletto, restò disutile arnese di cotal guerra. Nel vacillar di Vitellio accostatosi a Vespasiano, fu di gran peso: fiero di mano, di lingua destro ad accendere e sparger odj, nelle discordie e ne' tumulti valente, rapace, prodigo, pessimo in pace, non disprezzabile in guerra. Così congiunti di Mesia e di Pannonia gli eserciti, trassero seco le truppe della Dalmazia; benchè i legati consolari non l'eccitassero. Reggevano, la Pannonia Tito Ampio Flaviano, la Dalmazia Poppeo Silvano, vecchi opulenti. Ma v'era procuratore Cornelio Fosco, di età robusta, d'illustre nascita. Nella prima sua gioventù, per disio di quiete, spogliossi la dignità senatoria. Poi si fe' capo di sua colonia in favor di Galba, e per tal opera fattone procuratore, presa la parte di Vespasiano, fu orrenda face di cotal guerra: più degli stessi pericoli, che de' lor premj, allegrandosi, posposto il certo e già suo, novità dubbie e perigliose

aegrum foret, adgrediuntur. Scriptae in Britanniam ad quartadecimanos, in Hispaniam ad primanos epistolae: quod utraque legio pro Othone, adversa Vitellio fuerat. Sparguntur per Gallias literae; momentoque temporis flagrabat ingens bellum, Illyricis exercitibus palam desciscentibus, ceteris fortunam secuturis.

87. *Dum haec per provincias a Vespasiano Ducibusque partium geruntur, Vitellius contemptior in dies segniorque, ad omnis municipiorum villarumque amoenitates resistens, gravi urbem agmine petebat. Sexaginta millia armatorum sequebantur, licentia conrupta: calonum numerus amplior; procacissimis etiam inter servos lixarum ingeniis: tot legatorum amicorumque comitatus inabilis ad parendum, etiam si summa modestia regeretur. Onerabant multitudinem obvii ex urbe Senatores Equitesque: quidam metu; multi per adulationem; ceteri, ac paullatim omnes, ne, aliis proficiscentibus, ipsi remanerent. Adgregabantur e plebe, flagitiosa per obsequia Vitellio cogniti, scurrae, histriones, aurigae, quibus ille amicitiarum dehonestamentis mire gaudebat. Nec coloniae modo, aut municipia, congestu copiarum, sed ipsi cultores, arvaque, maturis jam frugibus, ut hostile solum vastabantur.*

88. *Multae et atroces inter se militum caedes, post seditionem Ticini coeptam, manente legionum auxiliorumve discordia; ubi adversus paganos certandum foret, consensu. Sed plurima*

agognava. Prendono a muover dunque ed a scuotere quanto già vacillava. Si scrisse in Brettagna alla legione quattordicesima, alla prima in Ispagna: perchè entrambe furono per Ottone contr'a Vitellio. Spargonsi lettere per le Gallie; ed in un punto tremenda guerra avvampava, ribellandosi apertamente gli eserciti dell'Illiria, gli altri già pronti a seguitar la fortuna.

87. Mentre da Vespasiano e suoi capitani siffatte cose operavansi per le provincie, Vitellio, ogni dì più disprezzabile e torpido, fra le delizie arrestandosi d'ogni campagna e città, traeva a Roma con grave traino. Sessantamila armati lo seguitavano, corrotti dalla licenza; maggior numero di saccardi; e vivandieri più petulanti ancora de' servi: tanto corteggio di legati e di amici, inabile ad obbedire, benchè con somma austerità si reggessero. Aggravavan cotanto ingombro i senatori ed i cavalieri, di Roma usciti per incontrarlo; chi per paura, i più per adulazione, il rimanente, e a poco a poco poi tutti, per non restarsi, partendo gli altri. Attruppavansi della plebe, noti a Vitellio per deferenze obbrobriose, buffoni, istrioni, cocchieri, delle quali vituperose amicizie mirabilmente si dilettava. Nè le colonie solo ed i municipj per ammassar vettovaglie, ma gli stessi coltivatori, ed i campi già biondeggianti di spighe, come paese nemico, si devastavano.

88. Molte ed atroci uccisioni seguirono tra' soldati, durando l'ira fra le legioni e gli ajuti dopo la sedizione insorta a Pavia, concordi solo a combattere i paesani. Ma strage immensa fu sette miglia

strages ad septimum ab urbe lapidem. Singulis ibi militibus Vitellius paratos cibos, ut gladiatoriam saginam, dividebat: et effusa plebes totis se castris miscuerat. Incuriosos milites vernacula urbanitate quidam spoliavere, abscissis furtim balteis, an accincti forent, *rogitantes. Non tulit ludibrium insolens contumeliae animus: inermem populum gladiis invasere. Caesus inter alios pater militis, cum filium comitaretur; deinde agnitus: et, vulgata caede, temperatum ab innoxiis. In urbe tamen trepidatum, praecurrentibus passim militibus. Forum maxime petebant, cupidine visendi locum, in quo Galba jacuisset. Nec minus saevum spectaculum erant ipsi, tergis ferarum et ingentibus telis horrentes, cum turbam populi per inscitiam parum vitarent, aut, ubi lubrico viae vel occursu alicujus procidissent, ad jurgium, mox ad manus et ferrum transirent. Quin et Tribuni Praefectique cum terrore et armatorum catervis volitabant.*

89. *Ipse Vitellius, a ponte Milvio, insigni equo, paludatus accinctusque, Senatum et Populum ante se agens, quo minus, ut captam, urbem ingrederetur, amicorum consilio deterritus, sumpta praetexta et composito agmine, incessit. Quatuor legionum aquilae per frontem, totidemque circa e legionibus aliis vexilla, mox XII alarum signa, et post peditum ordines, eques: dein quatuor et XXX cohortes, ut nomina gentium, aut species armorum forent, discretae. Ante aquilam Praefecti castrorum Tribunique,*

lontan da Roma. Colà Vitellio distribuiva a ciascun soldato, come per ingrassar gladiatori, il vitto apprestato: e la plebe accorsavi s'era meschiata per tutto il campo. Alcuni, per urbano trastullo, tagliarono furtivamente le cintole a'soldati disappensati, interrogandoli, *se avesser pronte le spade*. Non sopportaron la beffa cuori non usi a scherni: sul volgo inerme avventaronsi con le spade; tra gli altri il padre d'un soldato fu spento, mentre col figlio si tratteneva; fu poi conosciuto; e divulgatasi l'uccisione, s'astennero dagl'innocenti. Per altro in Roma si palpitò pe'soldati disordinatamente precorsivi. Indirizzavansi al Foro principalmente, vogliosi di contemplare il luogo, ove fu Galba trafitto. Nè meno atroce spettacolo eran essi, ravvolti in pelli di fiere, brandendo aste terribili, e urtando imperitamente a mezzo di tanta calca, o per intoppo d'alcuno, o pel terren sdrucciolevole stramazzando, venivan tosto alle risse, quindi alle mani ed all'armi. Anzi e i tribuni e i prefetti qua e là correvano spaventevoli, e con quadriglie d'armati.

89. Vitellio da Ponte Molle, sopra pomposo corsiero, in imperial sopravvesta e guernito d'armi, innanzi a sè cacciando il Senato e il popolo, distolto dagli amici ad entrare come in espugnata città, marciò vestitosi la pretesta, ed in composta ordinanza. Le aquile di quattro legioni a fronte, e d'intorno altrettante insegne d'altre legioni: poi dodici stendardi di cavalieri: e dopo le ordinanze de'fanti, i cavalli: quindi trentaquattro coorti, distinte secondo i nomi delle nazioni o la figura dell'armi. Innanzi all'aquila i maestri del campo,

et primi Centurionum, candida veste: ceteri *juxta suam quisque centuriam, armis donisque fulgentes. Et militum phalerae, torquesque splendebant. Decora facies, et non Vitellio Principe dignus exercitus. Sic Capitolium ingressus, atque ibi matrem complexus, Augustae nomine honoravit.*

90. *Postera die, tamquam apud alterius civitatis Senatum Populumque, magnificam orationem de semetipso prompsit, industriam temperantiamque suam laudibus adtollens: consciis flagitiorum ipsis, qui aderant, omnique Italia, per quam somno et luxu pudendus incesserat. Vulgus tamen, vacuum curis, et sine falsi verique discrimine solitas adulationes edoctum, clamore et vocibus adstrepebat: abnuentique nomen* Augusti, *expressere, ut adsumeret, tam frustra, quam recusaverat.*

91. *Apud civitatem, cuncta interpretantem, funesti ominis loco acceptum est, quod, maximum Pontificatum adeptus, Vitellius de coerimoniis publicis XV Kal. Aug. edixisset, antiquitus infausto die Cremerensi Alliensique cladibus. Adeo omnis humani divinique juris expers, pari libertorum amicorumque socordia, velut inter temulentos agebat. Sed comitia Consulum cum candidatis civiliter celebrans, omnem infimae plebis rumorem, in theatro ut spectator, in circo ut fautor, adfectavit. Quae, grata sane et popularia, si a virtutibus proficiscerentur, memoria vitae prioris, indecora et vilia accipiebantur. Ventitabat in Senatum, etiam cum parvis de*

e i tribuni, e i centurion di prim'ordine, in bianca veste: gli altri, ciascuno presso la sua centuria, d'armi e di premj splendevano. E le collane e gli abbigliamenti brillavano de' soldati. Pomposa mostra, e non di Vitellio principe degno esercito. Così entrò in Campidoglio, ed abbracciato quivi sua madre, l' onorò del nome di *Augusta*.

90. Il dì seguente, come a Senato ed a popolo d'altra città, tenne discorso magnifico di sè stesso, l'industria e temperanza sua celebrando: mentr'erano consapevoli di sue vergogne quanti ascoltavano, e tutta Italia, per la quale inoltrò cascante di lussuria e di sonno. Il volgo tuttavia, senza cuore per la repubblica, e senza mente a discernere il vero e il falso, nelle solite adulazioni ammaestrato, di acclamazioni e di applausi romoreggiava: e ad accettare lo astrinse il titol d' *Augusto*, così vanamente, come l' avea rifiutato,

91. In una città, d' ogni cosa commentatrice, a rio presagio fu tolto, che, assunto il massimo pontificato, bandì Vitellio le pubbliche cerimonie per il diciotto di Luglio, giorno agli antichi infelice per le sconfitte a Cremera e ad Allia. Talmente d' ogni ragione divina e umana ignorante, per negligenza eguale de' suoi liberti ed amici, viveva come tra mezzo a briachi. Ma celebrando popolarmente co' candidati i consolari comizj, brigò gli applausi della vil plebe, come spettatore in teatro, come fautore nel circo: le quali cose, grate e civili se da virtù nascessero, per la memoria della trascorsa vita sconcie ed abiette si reputavano. Frequentava il Senato, quando anche i Padri di lievi cose deli-

rebus Patres consulerentur. Ac forte Priscus Helvidius, Praetor designatus, contra studium ejus censuerat. Commotus primo Vitellius, non tamen ultra, quam Tribunos plebis in auxilium spretae potestatis *advocavit. Mox, mitigantibus amicis, qui altiorem iracundiam ejus verebantur*, nihil novi accidisse, *respondit*, quod duo Senatores in re publica dissentirent: solitum se etiam Thraseae contradicere. *Inrisere plerique impudentiam aemulationis: aliis id ipsum placebat, quod neminem ex praepotentibus, sed Thraseam, ad exemplar verae gloriae, legisset.*

92. *Praeposuerat praetorianis P. Sabinum, a Praefectura cohortis, Julium Priscum, tum Centurionem: Priscus, Valentis; Sabinus, Caecinae gratia pollebant. Inter discordes Vitellio nihil auctoritatis: munia imperii Caecina ac Valens obibant; olim anxii odiis, quae, bello et castris male dissimulata, pravitas amicorum, et foecunda gignendis inimicitiis civitas auxerat, dum ambitu, comitatu, et immensis salutantium agminibus contendunt, comparanturque; variis in hunc aut illum Vitellii inclinationibus. Nec unquam satis fida potentia, ubi nimia est. Simul ipsum Vitellium, subitis offensis aut intempestivis blanditiis mutabilem, contemnebant, metuebantque. Nec eo segnius invaserant domos, hortos, opesque Imperii: cum flebilis et egens nobilium turba, quos ipsos liberosque patriae Galba reddiderat, nulla Principis misericordia juvarentur. Gratum primoribus civitatis, etiam plebes adprobavit, quod reversis ab exilio jura li-*

beravano. E avvenne che Prisco Elvidio, pretore eletto, opinò contro il suo voto. Vitellio, in prima commossone, pure non fece *che chiamare i tribuni in ajuto della sprezzata sua potestà*. Poi mitigandol gli amici, che maggior collera in lui temevano, *niente di strano*, disse, *che in cosa pubblica due senatori dissentano: uso ancor esso a contraddire a Trasea*. Risero molti alla temerità del confronto: ad altri piaceva appunto, chè niuno de' prepotenti, ma scelto avesse Trasea ad esempio di vera gloria.

92. Pose al governo de' pretoriani P. Sabino prefetto d' una coorte, e Giulio Prisco allor centurione. Valeva Prisco per il favor di Valente; di Cecina, Sabino. Tra le discordie loro nulla era l'autorità di Vitellio: Cecina e Valente reggeano il carico dell' imperio, già pieni d'odio fra loro, cui, mal celato in guerra e nel campo, infiammò la perversità degli amici, e la città feconda generatrice d'inimicizie, mentre gareggiano e cozzano d'onori, seguito, e immenso stuol di clienti; ora Vitellio all'uno, ed or all'altro inclinando. Nè la potenza è sicura mai, quando è troppa. Vitellio stesso, mutabile ad ogni offesa improvvisa, ad ogni vezzo importuno, sprezzavan essi e temevano. Nè perciò con minor furia le case, gli orti, e le sostanze ingojavansi dell'imperio, mentre una folla di nobili, restituita da Galba co' loro figli alla patria, squallidi, lagrimosi, niuna pietà nel Principe ritrovavano. Fu grato a' grandi, e celebrato ancor dalla plebe, che concedesse agli esuli richiamati diritto sopra i

bertorum concessisset: quamquam id omni modo servilia ingenia corrumpebant, abditis pecuniis per occultos aut ambitiosos sinus. Et quidam in domum Caesaris transgressi, atque ipsis dominis potentiores.

93. *Sed miles, plenis castris, et, redundante multitudine, in porticibus aut delubris et urbe tota vagus, non principia noscere, non servare vigilias, neque labore firmari: per inlecebras urbis, et, inhonesta dictu, corpus otio, animum libidinibus imminuebant. Postremo, ne salutis quidem cura, infamibus Vaticani locis magna pars tetendit: unde crebrae in vulgus mortes. Et adjacentia Tiberi Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora fluminis aviditas, et aestus impatientia labefecit. Insuper confusus, pravitate vel ambitu, ordo militiae. Sexdecim praetoriae, quatuor urbanae cohortes scribebantur, quis singula millia inessent. Plus in eo delectu Valens audebat, tamquam ipsum Caecinam periculo exemisset. Sane adventu ejus partes convaluerant, et sinistrum lenti itineris rumorem prospero praelio verterat: omnisque inferioris Germaniae miles Valentem adsectabatur. Unde primum creditur Caecinae fides fluitasse.*

94. *Ceterum non ita Ducibus indulsit Vitellius, ut non plus militi liceret. Sibi quisque militiam sumpsere; quamvis indignus, si ita maluerat, urbanae militiae adscribebatur: rursus bonis, remanere inter legionarios aut alares volentibus, permissum. Nec deerant, qui vellent,*

liberti, benchè la servil malizia in ogni guisa schernivalo, celando in qualche furtivo e potente grembo il danajo, e alcuni, nella famiglia di Cesare trapassati, valendo più che gli stessi padroni.

93. Ma i soldati, non più capendone gli alloggiamenti, e soperchiandone il numero, ne' portici, nelle basiliche, per tutta Roma spandevansi: non conoscevan le insegne, non facean guardie, non rinforzavansi negli esercizj: perduti nelle delizie, in ogni nefanda tresca, nell'ozio il corpo, nelle libidini l'animo consumavano. Infine, strascurando ancor la salute, la maggior parte attendossi ne' luoghi infami del Vaticano: onde ne avvenne grande mortalità. E i cagionevoli corpi de' Germani e de' Galli vicini al Tevere prostrò l'avidità del bagno e l'impazienza del caldo. Fu ancor da brogli o malizie guasto l'ordine della milizia. Sedici compagnie pretoriane e quattro urbane scrivevansi, ognuna di mille fanti. In quella scelta Valente ardiva più che Cecina, come per aver tolto Cecina stesso al pericolo. Certo l'arrivo suo rinvigorì la fazione, e con felice battaglia spense il mal nome del ritardato cammino: e corteggiavan Valente tutti i soldati della Germania inferiore; onde si crede, che a vacillar cominciasse la fedeltà di Cecina.

94. Ma Vitellio non tanto a' capi concesse, che più non permettesse a' soldati. Ciascuno a suo talento arruolavasi: benchè indegno, se ciò bramasse, alla guardia urbana ascrivevasi: per lo contrario a' prodi era permesso, volendo, tra' legionarj o cavalieri restarsi, nè mancava chi o gravato d'infermità

fessi morbis, et intemperiem coeli incusantes. Robora tamen legionibus alisque subtracta; convulsum castrorum decus, XX millibus, e toto exercitu, permixtis magis, quam electis. Concionante Vitellio, postulantur ad supplicium Asiaticus, et Flavius, et Rufinus, Duces Galliarum, quod pro Vindice bellassent. *Nec coercebat ejusmodi voces Vitellius; super insitam animo ignaviam, conscius, sibi instare donativum et deesse pecuniam, omnia alia militi largiebatur. Liberti Principum,* conferre pro numero mancipiorum, *ut tributum, jussi. Ipse, sola perdendi cura, stabula aurigis extruere: Circum gladiatorum ferarumque spectaculis opplere: tamquam in summa abundantia, pecuniae inludere.*

95. *Quin et natalem Vitellii diem Caecina ac Valens, editis tota urbe vicatim gladiatoribus, celebravere: ingenti paratu, et ante illum diem insolito. Laetum foedissimo cuique, apud bonos invidiae fuit, quod, extructis in campo Martio aris, inferias Neroni fecisset. Caesae publice victimae cremataeque; faces Augustales subdidere: quod sacerdotium, ut Romulus Tatio Regi, ita Caesar Tiberius Juliae genti sacravit. Nondum quartus a victoria mensis, et libertus Vitellii, Asiaticus, Polycletos, Patrobios, et vetera odiorum nomina aequabat. Nemo in illa aula probitate aut industria certavit: unum ad potentiam iter, prodigis epulis, et sumptu ganeaque satiare inexplebiles Vitellii libidines. Ipse abunde ratus, si praesentibus frueretur, nec in longius consultans, novies millies sextertium,*

o incolpando la cattiv'aria, il volesse. Sì tolse pertanto il nervo alle legioni e a'cavalli, si svelse il fiore del campo, meschiati insieme, più che trascelti, ventimila di tutto l' esercito. Parlamentando Vitellio, chieggonsi a morte *Asiatico*, *e Flavio*, *e Rufino*, *capi de' Galli*, *perchè per Vindice guerreggiarono*. Nè reprimeva cotali voci Vitellio: oltre la natural codardia, sapendo essergli giunto il tempo del donativo, ed il danaro mancargli, accordava ogni altra cosa al soldato. I liberti de'Principi furon tassati sul numero degli schiavi. Egli, per sola brama di dissipare, costruiva stalle a cocchieri, empieva il circo di zuffe di gladiatori e di fiere; come nel colmo dell'opulenza, beffavasi del danaro.

95. Anzi Cecina e Valente ancora, dando per ogni luogo di Roma giuochi di gladiatori, festeggiaron la nascita di Vitellio, con apparecchio grande ed insolito sino a quel dì. Fu grato ad ogni vituperoso, e di cordoglio a' buoni, che celebrasse con are erette nel campo Marzio il funeral di Nerone. S' immolarono, si bruciarono pubblicamente le vittime. Il fuoco accesero gli Augustali, il qual sacerdozio, come al re Tazio Romolo, così alla famiglia Giulia Tiberio Cesare consagrò. Non erano trascorsi ancor quattro mesi dalla vittoria, ed il liberto di Vitellio, Asiatico, già pareggiava i Policleti, i Patrobj, ed altri antichi nomi esecrati. Niuno in quella corte d' industria o probità gareggiò: unica strada a grandezza, saziar con ogni scialacquo bordello e crapola le cupidigie insaziabili di Vitellio. Egli contento di godersi il presente, nè travaglian-

paucissimis mensibus, intervertisse creditur. Magna et misera civitas, eodem anno Othonem Vitelliumque passa, inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos, varia et pudenda sorte agebat: donec successere Mucianus et Marcellus, et magis alii homines, quam alii mores.

96. *Prima Vitellio* tertiae legionis defectio *nuntiatur, missis ab Aponio Saturnino epistolis, antequam is quoque Vespasiani partibus adgregaretur. Sed neque Aponius cuncta, ut trepidans re subita, perscripserat, et amici adulantes mollius interpretabantur:* unius legionis eam seditionem; ceteris exercitibus constare fidem. *In hunc modum etiam Vitellius apud milites disseruit praetorianos nuper exauctoratos insectatus*, a quibus falsos rumores dispergi, nec ullum civilis belli metum, *adseverabat, suppresso Vespasiani nomine, et vagis per urbem militibus, qui sermones populi coercerent. Id praecipuum alimentum famae erat.*

97. *Auxilia tamen e Germania Britanniaque et Hispaniis excivit; segniter, et necessitatem dissimulans. Perinde Legati provinciaeque cunctabantur: Hordeonius Flaccus, suspectis jam Batavis, anxius proprio bello; Vectius Bolanus, nunquam satis quieta Britannia: et uterque ambigui. Neque ex Hispaniis properabatur, nullo tum ibi Consulari. Trium legionum Legati, pares jure, et, prosperis Vitellii rebus, certaturi ad obsequium, adversam ejus fortunam ex aequo detrectabant. In Africa legio cohortesque,*

dosi dell' avvenire, si crede che in pochi mesi dissipasse novecento milion di sesterzj. Grande e miserabil città, che, sopportato nello stesso anno Ottone e Vitellio, con varia e obbrobriosa sorte da' Vinj, Fabj, Iceli, Asiatici si straziava: sinchè Muciano e Marcello vennero, ed altri uomini, più che altri costumi.

96. La prima ribellione uditasi da Vitellio fu della terza legione per lettere di Aponio Saturnino, primachè s' aggregasse anch' egli alla parte di Vespasiano. Ma nè Aponio, come atterrito dal repentino caso, ogni cosa gli palesò, e gli amici adulatori tal nuova più dolcemente gl' interpretavano, *sollevatasi una sola legione: negli altri eserciti salda fede*. In tal forma Vitellio ancor a' soldati parlamentò, cagionando i pretoriani testè cassati *di spandere false voci*; e affermava *non esservi che temere di civil guerra*; tacendo il nome di Vespasiano, e spargendo per la città soldati a spegnere il sussurrarne del popolo: ciò maggiormente il grido ne avvalorava.

97. Chiamò nondimeno ajuti dalla Germania, Brettagna, e Spagna; ma lentamente, e dissimulandone l' uopo. Egualmente i Legati e le provincie indugiavano: Ordeonio Flacco, temendo che non sorgessero a guerra i Batavi già sospetti; Vezio Bolano, per la Brettagna non mai tranquilla; ed ambidue vacillanti. Nè si affrettavan le Spagne, non avendo allora Proconsole. I Legati di tre legioni, pari d' autorità, e che gareggiato avrebbero di obbedienza nella prosperità di Vitellio, così sdegnavano di prestarglisi nella sinistra fortuna. In Affrica

delectae a Clodio Macro, mox a Galba dimissae, rursus jussu Vitellii militiam cepere. Simul cetera juventus dabat impigre nomina. Quippe integrum illic ac favorabilem Proconsulatum Vitellius, famosum invisumque Vespasianus egerat: perinde socii de Imperio utriusque conjectabant. Sed experimentum contra fuit.

98. *Ac primo Valerius Festus, Legatus, studia provincialium cum fide juvit. Mox nutabat, palam epistolis edictisque Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum, fovens, et haec illave defensurus, prout invaluissent. Deprehensi cum literis edictisque Vespasiani, per Rhaetiam et Gallias, militum et Centurionum quidam, ad Vitellium missi, necantur: plures fefellere, fide amicorum, aut suomet astu occultati. Ita Vitellii paratus noscebantur: Vespasiani consiliorum pleraque ignota; primum socordia Vitellii; deinde Pannonicae Alpes, praesidiis insessae, nuntios retinebant. Mare quoque, Etesiae flatu, in orientem navigantibus secundum, inde adversum erat.*

99. *Tandem, inruptione hostium, atrocibus undique nuntiis exterritus, Caecinam et Valentem expediri ad bellum jubet. Praemissus Caecina: Valentem, e gravi corporis morbo tum primum adsurgentem, infirmitas tardabat. Longe alia proficiscentis ex urbe Germanici exercitus species: non vigor corporibus, non ardor animis: lentum et rarum agmen, fluxa arma, segnes equi: impatiens soli, pulveris, tempestatum; quantumque hebes ad sustinendum laborem*

la legione e le coorti scelte da Clodio Macro, poi congedate da Galba, ripreser l'armi per ordine di Vitellio: l'altra gioventù pure arruolavasi prontamente: perchè Vitellio governo vi esercitò benevolo e giusto; Vespasiano, infame e abborrito: non altrimenti dagli alleati congetturavasi la signorìa d'entrambi; ma variamente riuscì.

98. E in prima Valerio Festo legato secondò lealmente lo zelo de' provinciali: poi vacillava, favoreggiando palesemente con lettere e con editti Vitellio, con segrete ambascerìe Vespasiano, e pronto a sostener questo o quello secondochè prevalessero. Per la Rezia e per le Gallie sorpresi alcuni centurioni e soldati con lettere e con editti di Vespasiano, ed a Vitellio mandati, furono uccisi: i più salvò la fedeltà degli amici, o la propria sagacità. Così gli apparecchj di Vitellio si conoscevano: i disegni di Vespasiano ignoravansi; prima per stupidità di Vitellio; poi perchè l'Alpi Pannonie, chiuse da guarnigioni, arrestavano le novelle: il mare ancora, per lo spirar dell'Etesie, propizio a' naviganti in Oriente, erane al ritorno contrario.

99. Sbigottito alfine dall'irruzion de' nemici e dagli atroci avvisi che d'ogni parte sopraggiungevano, ordina a Valente e a Cecina di apparecchiarsi alla guerra. Cecina tosto marciò: Valente, incominciando allora a riaversi d'una mortal malattìa, per debolezza indugiava. Ben altro all'uscir di Roma era il germanico esercito: non robustezza di corpi, non ardor d'animi; lente e rare ordinanze, armi cascanti, cavalli torpidi: i temporali, il sole, la polvere gli angosciavano; ed eran quanto

miles, tanto ad discordias promptior. Accedebat huc Caecinae ambitio vetus, torpor recens, nimia fortunae indulgentia soluti in luxum: seu perfidiam meditantis infringere exercitus virtutem, inter artes erat. Credidere plerique, Flavii Sabini consiliis concussam Caecinae mentem, ministro sermonum Rubrio Gallo, rata apud Vespasianum fore pacta transitionis. *Simul odiorum invidiaeque erga Fabium Valentem admonebatur*, ut, impar apud Vitellium, gratiam viresque apud novum Principem pararet.

100. *Caecina, complexu Vitellii multo cum honore digressus, partem equitum ad occupandam Cremonam praemisit. Mox vexilla quartae, decimae, et sextaedecimae legionum; dein quinta, et duoetvicesima secutae: postremo agmine unaetvicesima Rapax, et prima Italica incessere, cum vexillariis trium Britannicarum legionum, et electis auxiliis. Profecto Caecina, scripsit Fabius Valens exercitui, quem ipse ductaverat*, ut in itinere opperiretur; sic sibi cum Caecina convenisse: *qui praesens, eoque validior*, immutatum id consilium *finxit*, ut ingruenti bello tota mole occurreretur. Ita accelerare *legiones* Cremonam, *pars* Hostiliam petere *jussae: ipse Ravennam divertit, praetexto classem adloquendi. Mox Patavii secretum componendae proditionis quaesitum. Namque Lucilius Bassus, post praefecturam alae, Ravennati simul ac Misenensi classibus a Vitellio praepositus, quod non statim praefecturam praetorii adeptus foret, iniquam iracundiam flagitiosa perfidia ulcisce-*

men atti a durar fatiche, tanto più pronti alle risse. Unìasi a ciò la vecchia ambizione e la nuova tardità di Cecina, datosi al lusso per il soverchio favore della fortuna; o fellonìa già tramando, snervava ad arte il vigor dell' esercito. Molti credettero scosso da Flavio Sabino l'animo di Cecina, per mezzo di Rubrio Gallo che assicuravalo, *che sacri avrebbonsi da Vespasiano i patti di ribellione.* Era avvertito ancora dell' odio e del rancore contro Valente; *come, non egualmente caro a Vitellio, grazia e potenza da nuovo Principe si procacciasse.*

100. Cecina, con grande onore dagli abbracciamenti staccatosi di Vitellio, spedì parte della cavallerìa ad occupare Cremona. Marciarono poi le insegne delle legioni quarta, decima, e sedicesima: quindi seguiron la quinta e ventiduesima: chiusero l'ordinanza la ventunesima Rapace, e la prima Italica co' vessillarj di tre legioni britanniche e il fiore degli ausiliarj. Partito Cecina, scrisse Fabio Valente all' esercito già da lui comandato *di attenderlo nel cammino: così da lui convenutosi con Cecina*, il qual presente, e perciò più autorevole, finse *cangiatosi tal consiglio per farsi incontro con tutto il nervo all' impeto della guerra*. Quindi affrettò le legioni parte a Cremona, parte ad Ostilia. Egli a Ravenna piegò, in vista d'inanimire la flotta: indi a Padova, per concertare in segreto la ribellione. Poichè Lucilio Basso, di capitan di cavalli assunto già da Vitellio a governar le armate di Ravenna e Miseno, perchè non ebbesi tosto il governo de' pretoriani, sfogava l'ingiusta collera con fellonìa vergognosa. Nè può sa-

batur. Nec sciri potest, traxeritne Caecinam, an (quod evenit inter malos, ut et similes sint) eadem illos pravitas impulerit.

101. *Scriptores temporum, qui potiente rerum Flavia domo, monumenta hujusce belli composuerunt*, curam pacis et amorem Reipublicae, *corruptas in adulationem* caussas, *tradidere. Nobis, super insitam levitatem, et, prodito Galba, mox vilem fidem, aemulatione etiam invidiaque, ne ab aliis apud Vitellium anteirentur, pervertisse ipsum Vitellium videntur. Caecina, legiones adsecutus, Centurionum militumque animos, obstinatos pro Vitellio, variis artibus subruebat: Basso eadem molienti minor difficultas erat, lubrica ad mutandam fidem classe, ob memoriam recentis pro Othone militiae.*

persi s' ei strascinò Cecina, o, come fra tristi avviene che simiglianti ancor sieno, la stessa malvagità li sospinse.

101. Gli storici di quella età, che le memorie ordinarono di cotal guerra, signoreggiando la casa Flavia, per adulazione narrarono, che li mosse zelo di pace ed amore della repubblica. Pare a noi che oltre alla natural leggerezza, e al non prezzar più fede dopo tradito Galba, per invidia ancora e per gelosìa, che altri presso Vitellio non gli avanzassero, rovinasser esso Vitellio. Raggiunte le legioni, Cecina gli animi de' centurioni e soldati, saldi in favor di Vitellio, con varie macchine sovvertiva: Basso, nel tentare il medesimo, incontrava minore difficoltà; perchè l' armata, ancor piena della memoria di Ottone, a mutar fede inclinava.

C. CORNELII

TACITI

HISTORIARUM

LIBER TERTIUS

1. *Meliore fato fideque partium Flavianarum Duces consilia belli tractabant. Petovionem in hiberna Tertiaedecimae legionis convenerant. Illic agitavere*, placeretne obstrui Pannoniae Alpes, donec a tergo vires universae consurgerent; an ire cominus, et certare pro Italia constantius foret. *Quibus opperiri auxilia et trahere bellum videbatur*, Germanicarum legionum vim famamque *extollebant*, et advenisse mox cum Vitellio Britannici exercitus robora: ipsis nec numerum parem pulsarum nuper legionum; et, quamquam atrociter loquerentur, minorem esse apud victos animum. Sed, insessis interim Alpibus, venturum cum copiis Orientis Mucianum. Superesse Vespasiano mare, classes, studia provinciarum, per quas velut alterius belli molem cieret. Ita salubri mora novas vires adfore, et praesentibus nihil periturum.

2. *Ad ea Antonius Primus* (*is acerrimus belli concitator*) festinationem ipsis utilem, Vitellio

STORIE
DI
C. CORNELIO TACITO

LIBRO TERZO

1. Con migliore fortuna e fede governavano i capitani di parte Flavia la guerra. Convennero in Petovione, nel campo della legion tredicesima. Colà discussero, se piacesse chiudere l' Alpi Pannonie sinchè avanzassero tutte le forze alle spalle, o fosse più generoso consiglio spingersi innanzi e combattere per l' Italia. A chi parea d' aspettare ajuti, e temporeggiare la guerra, *la forza e il nome* esaltavano *delle legioni Germaniche, ed esser già con Vitellio il nervo del britannico esercito: aver essi legioni testè battute ed inferiori di numero; e benchè bravino fieramente, non essere eguale il cuore de' vinti. Ma, chiuse frattanto l' Alpi, sopravverrebbe Muciano con i rinforzi di Oriente. Restare a Vespasiano il mare, le armate, e l' animo delle provincie, onde raccoglier lo sforzo d' un' altra guerra. Così con utile indugio avrebbonsi forze nuove, senza snervar le presenti.*

2. Antonio Primo, acerrimo istigatore di guerra, contro parlamentò: *ad essi utile l' affrettarsi, ro-*

exitiosam, *disseruit*: plus socordiae, quam fiduciae, accessisse victoribus, neque enim in procinctu et castris habitos: per omnia Italiae municipia desides, tantum hospitibus metuendos, quanto ferocius ante se egerint, tanto cupidius insolitas voluptates hausisse. Circo quoque, ac theatris, et amoenitate urbis emollitos, aut valetudinibus fessos. Sed, addito spatio, redditurum et his robur meditatione belli. Nec procul Germaniam, unde vires: Britanniam freto dirimi: juxta Gallias, Hispaniasque: utrimque viros, equos, tributa: ipsamque Italiam, et opes urbis: ac, si inferre arma ultro velint, duas classes vacuumque Illyricum mare. Quid tum claustra montium profutura? quid tractum in aestatem aliam bellum? unde interim pecuniam, et commeatus? Quin, potius eo ipso uterentur, quod Pannonicae legiones, deceptae magis, quam victae, resurgere in ultionem properent; Moesici exercitus, integras vires adtulerint? Si numerus militum potius, quam legionum, putetur, plus hinc roboris, nihil libidinum: et profuisse disciplinae ipsum pudorem. Equites vero, ne tum quidem victos; sed, quamquam rebus adversis, disjectam Vitellii aciem. Duae tunc Pannonicae ac Moesicae alae perrupere hostem: nunc XVI alarum conjuncta signa pulsu sonituque et nube ipsa operient ac superfundent oblitos praeliorum equites, equosque. Nisi quis retinet, idem suasor auctorque consilii ero. Vos, quibus fortuna in integro est, legiones continete: mihi expeditae cohortes sufficient. Jam reseratam Italiam, impulsas Vitellii

vinoso a Vitellio: fatti più negligenti, che arditi dalla vittoria; poichè in sull'armi non tennersi, nè a' quartieri; per ogni luogo d'Italia oziosi, tremendi soltanto agli ospiti, quanto più fieramente innanzi si diportarono, tanto in piaceri insoliti più avidamente s'immersero. Effeminati ancora e da' teatri e dal Circo, e dalle piacevolezze della città; o dalle malattie consumati. Ma, dando tempo, risorgerebbe il vigore in essi con il pensier della guerra. Nè lungi essere la Germania, onde trar forze: un breve golfo dividerne la Brettagna: le Gallie e le Spagne a costa; da entrambe uomini, cavalli, e viveri: e Italia stessa, e le ricchezze di Roma: e se ancor vogliano muover guerra, due flotte, e libero il mare d'Illiria. Che gioverebbe allora tener le gole de' monti?, che, differire all'altra state la guerra? Onde frattanto danari e viveri? Che non più tosto valgonsi di questo stesso, che le legioni pannoniche, anzi deluse che vinte, ardono di risorgere alla vendetta; che intere e fresche giunser le forze di Mesia? Se i soldati più tosto continsi che le legioni, è qua maggior gagliardezza, niuna lascivia, e valore dalla vergogna stessa animato. La cavalleria neppure allor vinta, anzi nel tristo conflitto sbaragliò l'esercito di Vitellio. Due bande allora di Pannonia e di Mesia ruppero l'inimico. Or sedici bandiere unite, col calpestìo, col fracasso, col turbinìo confonderanno, soprafaranno e cavalieri e cavalli dimentichi delle battaglie. Io, io, se niuno mel vieta, il mio consiglio medesimo eseguirò. Voi, che ancor la fortuna

res audietis. Juvabit sequi, et vestigiis vincentis insistere.

3. *Haec atque talia, flagrans oculis, truci voce, quo latius audiretur, (etenim se Centuriones et quidam militum consilio miscuerant) ita effudit, ut cautos quoque ac providos permoveret, vulgus, et ceteri,* unum virum Ducemque, *spreta* aliorum segnitia, *laudibus ferrent. Hanc sui famam ea statim concione commoverat, qua, recitatis Vespasiani epistolis, non, ut plerique, incerta disseruit, huc illuc tracturus interpretationem, prout conduxisset; aperte descendisse in caussam videbatur: eoque gratior militibus erat, culpae vel gloriae socius.*

4. *Proxima Cornelii Fusci Procuratoris auctoritas. Is quoque, inclementer in Vitellium invehi solitus, nihil spei sibi inter adversa reliquerat. Titus Ampius Flavianus, natura ac senecta cunctator, suspiciones militum inritabat, tamquam adfinitatis cum Vitellio meminisset. Idemque, quod coeptante legionum motu, profugus, dein sponte remeaverat, perfidiae locum quaesisse credebatur. Nam Flavianum, omissa Pannonia, ingressum Italiam, et discrimini exemptum, rerum novarum cupido Legati nomen resumere, et misceri civilibus armis, impulerat: suadente Cornelio Fusco; non, quia industria Flaviani egebat, sed ut Consulare nomen, surgentibus cum maxime partibus, honesta specie praetenderetur.*

non cimentaste, rattenete pur le legioni; a me bastano le coorti leggiere. Udrete tosto l'Italia aperta, e rovesciato Vitellio: vi gioverà seguire ed avanzare sull'orme del vincitore.

3. Tali parole e simili con occhi ardenti e con tremenda voce per essere udito di più lontano (poichè e centurioni e soldati s'eran meschiati al consiglio) così versò, che gli scaltri e assennati ancora commosse; tutta la turba, sprezzata la codardìa degli altri, *lui prode*, *lui capitano* acclamarono. Tal fama s'acquistò sin d'allora, che in parlamento lette le lettere di Vespasiano, non come molti ambiguamente parlò per dichiararsi poi col favore della fortuna: parea gittatosi apertamente al partito; ed era tanto più grato a'soldati, di colpa o gloria compagno.

4. Eragli presso d'autorità Cornelio Fosco procuratore: di lingua anch'egli feroce contro Vitellio, non gli restava speranza nella contraria fortuna. Tito Amplio Faviano, indugiatore per indole e per età, i sospetti de'soldati irritava, come se rammentasse l'affinità con Vitellio. E perchè, profugo al primo insorgere delle legioni, spontaneamente poi ritornò, credevasi che tradimento apprestasse. Poichè la brama di novità spinse Flaviano, entrato di Pannonia in Italia, e toltosi dal pericolo, a ripigliare il titolo di legato, e meschiarsi nelle civili tempeste, ad impulso di Cornelio Fosco: non che bisogno avesse dell' opera di Flaviano, ma perchè il nome Consolare, alla parte in punto allor di scoppiare, desse onorata apparenza.

5. *Ceterum, ut transmittere in Italiam impune et usui foret, scriptum Aponio Saturnino,* cum exercitu Moesico celeraret. *Ac, ne inermes provinciae barbaris nationibus exponerentur, Principes Sarmatarum Jazygum, penes quos civitatis regimen, in commilitium adsciti:* plebem *quoque*, et vim equitum, *qua sola valent, offerebant: remissum id munus, ne inter discordias externa molirentur, aut, majore ex diverso mercede, jus fasque exuerent. Trahuntur in partes Sido atque Italicus, reges Suevorum, quis vetus obsequium erga Romanos; et gens fidei commissae patientior. Opposita in latus auxilia, infesta Rhaetia, cui Portius Septimius Procurator erat, incorruptae erga Vitellium fidei. Igitur Sextilius Felix, cum ala Auriana, et VIII cohortibus, ac Noricorum juventute, ad occupandam ripam Aeni fluminis, quod Rhaetos Noricosque interfluit, missus. Nec his aut illis praelium tentantibus, fortuna partium alibi transacta.*

6. *Antonio, vexillarios e cohortibus et partem equitum ad invadendam Italiam rapienti, comes fuit Arrius Varus, strenuus bello: quam gloriam ei Dux Corbulo et prosperae in Armenia res addiderant. Idem*, secretis apud Neronem sermonibus, *ferebatur*, Corbulonis virtutes criminatus. *Unde, infami gratia primum pilum adepto, laeta ad praesens male parta, mox in perniciem vertere. Sed Primus ac Varus, occupantes Aquilejae proxima quaeque, et Opitergii, et Altini, laetis animis accipiuntur. Relictum Alti-*

5. Per altro per tragittar senza danno e con profitto in Italia, ad Aponio Saturnino fu scritto *che accelerasse con le legioni di Mesia*. E perchè preda non fossero di genti barbare provincie inermi furono i principi de' Sarmati Giazigi a militare invitati. Essi offrivan anche la plebe, ed il nervo, per cui sol vagliono, de' cavalli. Si ricusò tale offerta, perchè tralle discordie non macchinasser guerre straniere, o a maggior prezzo compri non si vendessero perfidamente al nemico. Si presero in alleanza Sidone e Italico re de' Suevi, d'antica devozione a' Romani, e gente nella promessa fede costante. Fu posta a' fianchi una forza contro la Rezia nemica, la qual da Porcio Settimo si governava, di salda fede a Vitellio. Fu dunque Settimo Felice mosso con i cavalli Auriani, otto coorti, e gioventù Norica, ad occupar la riva dell' Eno, che scorre tra la Rezia ed il Norico: ma, niuno osando azzuffarsi, altrove si deffinì la fortuna delle fazioni.

6. Piombando Antonio co' vessillarj delle coorti e parte della cavalleria su l'Italia, gli fu compagno Arrio Varo, prode guerriero: e tal credito gli procacciarono Corbulone suo capitano, e le felici imprese di Armenia. Credevasi, *che appo Nerone il merito di Corbulone con sorde accuse straziasse:* col quale infame favore acquistatosi il primopilo gioì del mal procacciato onore, che gli fu poi di rovina. Ma Primo e Varo, occupando il paese intorno Aquileja, festosamente dagli Opitergi e dagli Altini si accolgono. Fu posta guardia in Alti-

ni praesidium adversus classem Ravennatem, nondum defectione ejus audita. Inde Patavium et Ateste partibus adjunxere. Illic cognitum, tris Vitellianas cohortes, et alam, cui Sebonianae nomen, ad Forum Allieni, ponte juncto, consedisse. *Placuit occasio invadendi incuriosos: nam id quoque nuntiabatur. Luce prima inermos plerosque oppressere. Praedictum*, ut, paucis interfectis, ceteros pavore ad mutandam fidem cogerent. *Et fuere, qui se statim dederent. Plures, abrupto ponte, instanti hosti viam abstulerunt.*

7. *Vulgata victoria, post principia belli secundum Flavianos, duae legiones, septima Galbiana, tertiadecima Gemina, cum Vedio Aquila Legato, Patavium alacres veniunt. Ibi pauci dies ad requiem sumpti: et Minucius Justus, Praefectus castrorum legionis septimae, quia adductius, quam civili bello, imperitabat, subtractus militum irae, ad Vespasianum missus est. Desiderata diu res, interpretatione gloriae, in majus accipitur, postquam* Galbae imagines, discordia temporum subversas, in omnibus municipiis recoli, *jussit Antonius: decorum pro caussa ratus, si placere Galbae Principatus, et partes revirescere crederentur.*

8. *Quaesitum inde*, quae sedes bello legeretur? Verona potior *visa*, patentibus circum campis ad pugnam equestrem, *qua praevalebant: simul*, coloniam copiis validam auferre Vitellio, in rem famamque *videbatur. Possessa ipso transitu Vicentia: quod per se parum (etenim modicae mu-*

no contro Ravenna, ignorandosi ancora la ribellion dell'armata. Trassero quindi al partito Padova e Ateste. Là seppesi *che tre compagnie Vitelliane, e la cavalleria che appellavasi Seboniana, gettato un ponte, s'eran fermate a Ferrara*. Piacque il momento di coglierli disappensati; chè tali ancora annunziavansi. All'alba pressochè tutti inermi li sopraffecero. Era ingiunto, *che, trucidatone pochi, gli altri con la paura a mutar fede astringessero*. Alcuni tosto si arresero: i più, rotto il ponte, la via troncarono all'impeto del nemico.

7. Al grido della vittoria avutasi da' Flaviani, appena rotta la guerra, le due legioni, settima galbiana, e tredicesima gemina, vengon con Vedio Aquila legato a Padova baldanzose. Là pochi dì riposarono: e Minuzio Giusto, mastro di campo della legione settima, perchè con maggior asprezza, che in civil guerra non devesi, comandava, fu, per sottrarlo alla collera de soldati, a Vespasiano inviato. Una cosa, lungamente bramata, fu molto più celebrata perchè stimata gloriosa, avendo Antonio ordinato *di rialzare per ogni terra i simulacri di Galba nelle discordie abbattuti;* stimando alla sua causa onorevole, se si credesse amare il principato di Galba, e ravvivarne la parte.

8. Poi si trattò qual luogo scegliere a sede di guerra. Piacque Verona per le campagne d' intorno aperte a battaglia equestre, in cui prevalevano. Pareva insieme crescer di forza e di credito, se si togliesse a Vitellio sì poderosa città. Fu nel tragitto presa Vicenza: piccola impresa in sè stessa,

nicipio vires) *magni momenti locum obtinuit*, *reputantibus*, illic Caecinam genitum, et patriam hostium Duci ereptam. *In Veronensibus pretium fuit: exemplo opibusque partes juvere. Et interjectus exercitus Rhaetiam*, *Juliasque Alpes*, *ne pervium illa Germanicis exercitibus foret*, *obsepserat. Quae ignara Vespasiano*, *aut vetita: quippe* Aquilejae sisti bellum, expectarique Mucianum *jubebat: adjiciebatque imperio consilium*, quando Aegyptus, claustra annonae, vectigalia opulentissimarum provinciarum obtinerentur, posse Vitellii exercitum egestate stipendii frumentique ad deditionem subigi. *Eadem Mucianus crebris epistolis monebat*, incruentam et sine luctu victoriam, *et alia hujuscemodi praetexendo; sed gloriae avidus*, *atque omne belli decus sibi retinens. Ceterum ex distantibus terrarum spatiis*, *consilia post res adferebantur.*

9. *Igitur repentino incursu Antonius stationes hostium inrumpit*, *tentatisque levi praelio animis*, *ex aequo discessum. Mox Caecina inter Hostiliam*, *vicum Veronensium*, *et paludes Tartari fluminis*, *castra permuniit: tutus loco*, *cum terga flumine*, *latera objectu paludis tegerentur. Quod si adfuisset fides*, *aut opprimi universis Vitellianorum viribus duae legiones*, *nondum conjuncto Moesieo exercitu*, *potuere; aut retro actae*, *deserta Italia*, *turpem fugam conscivissent. Sed Caecina*, *per varias moras*, *prima hostibus prodidit tempora belli*, *dum*, *quos armis pellere promptum erat*, *epistolis increpat*, *donec*

per essere città debole, ma di gran peso, considerando, *esservi nato Cecina, e toltasi al capitano degl' inimici la patria*. Verona molto giovò: con l'esempio e con l'opulenza invigorì la fazione. Ed impediva il frapposto esercito, che sboccassero per la Rezia e per l'Alpi Giulie gli eserciti di Germania: le quali cose ignoraronsi da Vespasiano o vietaronsi; poichè ordinava, *che si arrestasse in Aquileja la guerra, e si aspettasse Muciano:* avvalorando con la ragione il comando, *che, possedendo, l'Egitto, chiave dell' abbondanza, e i tributi delle più ricche provincie, potea costringersi per carestia di danajo e viveri l'esercito di Vitellio ad arrendersi*. Lo stesso raccomandavano le spesse lettere di Muciano, *che la vittoria non costerebbe una lagrima*, ed altrettali cose allegando; ma perchè gloria anelava, e riserbava a sè tutto l'onor della guerra. Peraltro per le distanze immense i consigli giungevano dopo i fatti.

9. Antonio dunque con repentino impeto percosse il campo nemico, ed esploratone con lieve zuffa il coraggio si ritiraron del pari. Cecina poi tra Ostilia, borgo de' Veronesi, e i paduli del fiume Tartaro s'accampò: luogo sicuro, perchè protetto dal fiume a tergo, ed a' fianchi dalle frapposte paludi. Che se fedele si manteneva, o due legioni non anco unite alle truppe Mesie potean con tutte le forze de' Vitelliani opprimersi; o, risospinte, abbandonato avrebbero vituperosamente l'Italia. Ma Cecina con varj indugj vendè al nemico le prime opportunità della guerra, mentre sgrida per lettere que' ch' e' poteva cacciar con l'armi, finchè patteg-

per nuntios pacta perfidiae firmaret. Interim Aponius Saturninus cum legione septima Claudiana advenit. Legioni Tribunus Vipstanus Messalla praeerat, claris majoribus, egregius ipse, et qui solus ad id bellum artes bonas adtulisset. Has ad copias, nequaquam Vitellianis pares (quippe tres adhuc legiones erant) misit epistolas Caecina, temeritatem victa arma tractantium *incusans. Simul* virtus Germanici exercitus *laudibus adtollebatur; Vitellii modica et vulgari mentione, nulla in Vespasianum contumelia: nihil prorsus, quod aut corrumperet hostem, aut terreret. Flavianarum partium Duces, omissa prioris fortunae defensione, pro Vespasiano magnifice, pro caussa fidenter, de exitu securi, in Vitellium, ut inimici, praesumpsere: facta Tribunis Centurionibusque* retinendi, quae Vitellius indulsisset, *spe*; *atque ipsum Caecinam non obscure ad transitionem hortabantur. Recitatae pro concione epistolae addidere fiduciam, quod submisse Caecina, velut offendere Vespasianum timens, ipsorum Duces contemptim, tamquam insultantes Vitellio, scripsissent.*

10. *Adventu deinde duarum legionum, e quibus tertiam Dillius Aponianus, octavam Numisius Lupus ducebant, ostentare vires, et militari vallo Veronam circumdare placuit. Forte Galbianae legioni in adversa fronte valli opus cesserat, et visi procul sociorum equites vanam formidinem, ut hostes, fecere. Rapiuntur arma; et ut proditionis ira militum in T. Ampium Flavianum incubuit, nullo criminis argumento, sed*

giò per messi la fellonia. Giunse frattanto Aponio con la legione settima Claudiana. Vipstano Messala Tribuno la governava, di stirpe illustre, prode egli stesso, e il solo che, in questa guerra, qualità buone apportasse. A quest'armata, non ancor pari alla Vitelliana, perchè non erano ancora che tre legioni, scrisse Cecina, *la temerità* biasimandone *di muover armi sconfitte*: magnificava insieme *il valore del germanico esercito*; con breve e general menzion di Vitellio, senza un' ingiuria contro di Vespasiano: niente in somma, che seducesse o spaventasse il nemico. I capi di parte Flavia, senza giustificar la prima fortuna, cose magnifiche di Vespasiano, animose per il partito, certi dell'esito, contro Vitellio, come nemici, risposero: dando a' tribuni e centurioni speranza *di mantenere quanto concesse Vitellio*, Cecina stesso palesemente a ribellione animavano. Lettesi queste lettere in parlamento accrebbero sicurtà, perchè scrissero, sommessamente Cecina, come temendo offendere Vespasiano, i capi loro sprezzevolmente, come insultando Vitellio.

10. Quindi all' arrivo di due legioni, la terza sotto Dillio Aponiano, l' ottava sotto Numisio Lupo, piacque mostrar le forze, e di trincee militari serrar Verona. Toccò per sorte alla legione galbiana di lavorar nella parte opposta; vista da lungi la cavallerìa de' confederati, li reputò nemici, e n'ebbe vano spavento. Corresi all'armi; ed il furor de' soldati contro Tito Ampio Flaviano qual traditore avventossi, senz' argomento alcuno di reità, ma

jampridem invisus, turbine quodam ad exitium poscebatur : propinquum Vitellii, proditorem Othonis, interceptorem donativi *clamitabant. Nec defensioni locus, quamquam supplices manus tenderet, humi plerumque stratus, lacera veste, pectus atque ora singultu quatiens: id ipsum apud infensos incitamentum erat, tamquam nimius pavor conscientiam argueret. Obturbabatur militum vocibus Aponianus, cum loqui coeptaret: fremitu et clamore ceteros adspernantur: uni Antonio apertae militum aures Namque et facundia aderat, mulcendique vulgum artes, et auctoritas. Ubi crudescere seditio, et a conviciis et probris ad tela et manus transibant,* injici catenas *Flaviano jubet. Sensit ludibrium miles, disjectisque, qui tribunal tuebantur, extrema vis parabatur. Opposuit sinum Antonius, stricto ferro,* aut militum se manibus, aut suis, moriturum *obtestans: ut quemque notum, et aliquo militari decore insignem adspexerat, ad ferendam opem nomine ciens. Mox conversus ad signa et bellorum Deos,* hostium potius exercitibus illum furorem, illam discordiam injicerent, *orabat: donec fatisceret seditio, et, extremo jam die, sua quisque in tentoria dilaberentur. Profectus eadem nocte Flavianus, obviis Vespasiani literis, discrimini exemptus est.*

11. *Legiones, veluti tabe infectae, Aponium Saturninum, Moesici exercitus Legatum, eo atrocius adgrediuntur, quod non ut prius labore et opere fessae, sed medio diei exarserant; vulgatis epistolis, quas Saturninus ad Vitellium*

perchè odiato innanzi, rapivalo come in un turbine a morte: *parente a Vitellio, traditore d' Ottone, truffatore del donativo*, lo gridano. Nè v'era luogo a ragioni, benchè le mani supplicemente stendesse, prostrato a terra, con veste lacera, il petto e il viso pe 'l singhiozzare convulso. Questo medesimo l'odio ne inferociva, quasi la gran paura venisse da rea coscienza. Incominciando a parlare era interrotto Aponiano dagli ululi de' soldati, che gli altri ancora urlando e romoreggiando assordavano: al solo Antonio eran gli orecchi aperti: perocchè aveva facondia, ed a placare il volgo arte ed autorità. All' avvampar del tumulto, poichè dall' ingiurie e dall' onte all' armi ed alle mani passavano, impone *che s' incateni Flaviano.* Capì la beffa il soldato, e sbaragliate le guardie del tribunale già si scagliava ad ucciderlo. Si fece Antonio col petto incontro alle spade, giurando *che o di lor mano o di sua morrebbe*, chiamando in soccorso a nome qualunque amico o guerriero con qualche militar fregio avvisasse. Voltosi quindi alle insegne ed agl' Iddii della guerra, gli scongiurava, *che più tosto ne' campi degl' inimici tanto furore, tanta discordia cacciassero*, sinchè la sedizione allentò, e rabbujandosi il giorno alla sua tenda ciascuno si ricondusse. Partitosi la stessa notte Flaviano, incontrò lettere di Vespasiano, che di periglio lo trassero.

11. Le legioni, come per contagiosa influenza, con più furore investono Aponio Saturnino legato dell' esercito Mesio, perchè non come prima spossate dalla fatica, ma in sul mezzo dì s' accesero, per lettere divulgatesi, che si credevano scritte da

scripsisse credebatur. Ut olim virtutis modestiaeque, tunc procacitatis et petulantiae certamen erat, ne minus violenter Aponium, quam Flavianum, ad supplicium deposcerent. Quippe Moesicae legiones, adjutam a se Pannonicorum ultionem, *referentes; et Pannonici, velut absolverentur aliorum seditione, iterare culpam gaudebant. In hortos, in quibus divertebatur Saturninus, pergunt. Nec tam Primus, et Aponianus, et Messalla (quamquam omni modo nisi) eripuere Saturninum, quam obscuritas latebrarum, quibus occulebatur, vacantium forte balnearum fornacibus abditus. Mox, omissis lictoribus, Patavium concessit. Digressu Consularium, uni Antonio vis ac potestas in utrumque exercitum fuit, cedentibus conlegis, et obversis militum studiis. Nec deerant, qui crederent, utramque seditionem fraude Antonii coeptam, ut solus bello frueretur.*

12. *Ne in Vitellii quidem partibus quietae mentes: exitiosiore discordia, non suspicionibus vulgi, sed perfidia Ducum turbabantur. Lucilius Bassus, classis Ravennatis Praefectus, ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatae Pannoniique erant, quae provinciae Vespasiano tenebantur, partibus ejus adgregaverat. Nox proditioni electa, ut, ceteris ignaris, soli in principia defectores coirent. Bassus pudore, seu metu, quisnam exitus foret, intra domum opperiebatur. Trierarchi magno tumultu Vitellii imagines invadunt, et, paucis resistentium obtruncatis, ceterum vulgus rerum novarum*

Saturnino a Vitellio. Come una volta di valore e modestia, allora di petulanza e protervia si gareggiava, per non domandare Aponio al supplizio con minor impeto, che Flaviano. Poichè le legioni Mesie, allegando che ajutarono la vendetta delle Pannoniche, e queste, come se le assolvesse la sedizione altrui, gioivano di rinnovarla. Corrono agli orti, ove Saturnino albergava: nè Primo, Aponiano, Messala, benchè il tentassero con ogni sforzo, salvarono Saturnino, quanto l'oscurità del ritiro, nelle fornaci appiattatosi di una stufa per caso spenta. Poscia, lasciati i littori, in Padova si ricovrò. Per la partenza de' Consolari il solo Antonio restò padrone d'ambo gli eserciti, acconsentendo i colleghi, ed i soldati favoreggiandolo. Nè mancò chi credesse ch'ambo i tumulti Antonio frodolentemente eccittasse per esser solo arbitro della guerra.

12. Nè quieti pur eran gli animi de' Vitelliani: più rovinosa discordia, non per sospetti di volgo, ma per fellonìa de' capi li travagliava. Lucilio Basso, ammiraglio a Ravenna, trasse alla parte Flavia gli ambigui animi de' soldati, ch'erano la più parte di Dalmazia o Pannonia, provincie signoreggiate da Vespasiano. Si deputa al tradimento la notte, affinchè, gli altri ignorandolo, sol ne' Principj i ribelli si congregassero. Basso per la vergogna, o per paura dell' esito, nella sua casa aspettava. I capitani assaltano con gran tumulto le immagini di Vitellio; e, trucidati pochi riottosi, tutta la ciurma per brama di novità dichiaravasi per Vespasia-

studio, in Vespasianum inclinabat. Tum progressus Lucilius auctorem se palam praebet. Classis Cornelium Fuscum Praefectum sibi destinat, qui propere adcucurrit. Bassus honorata custodia Liburnicis navibus Hadriam pervectus, a Praefecto alae Mennio Rufino, praesidium illic agitante, vincitur. Sed exsoluta statim vincula, interventu Hormi, Caesaris liberti. Is quoque inter Duces habebatur.

13. *At Caecina, defectione classis vulgata, primores Centurionum, et paucos militum, ceteris per militiae munera dispersis, secretiora castrorum adfectans, in principia vocat. Ibi* Vespasiani virtutem, viresque partium *extollit*: transfugisse classem: in arctu commeatum: adversas Gallias Hispaniasque: nihil in urbe fidum: *atque omnia de Vitellio in deterius. Mox incipientibus, qui conscii aderant, ceteros, re nova adtonitos, in verba Vespasiani adigit. Simul Vitellii imagines direptae, et missi, qui Antonio nuntiarent. Sed, ubi totis castris in fama proditio, recurrens in principia miles, praescriptum Vespasiani nomen, projectas Vitellii effigies adspexit, vastum primo silentium, mox cuncta simul erumpunt:* Huc cecidisse Germanici exercitus gloriam, ut sine praelio, sine vulnere, vinctas manus et capta traderent arma? Quas enim ex diverso legiones? nempe victas. Et abesse unicum Othoniani exercitus robur, primanos, quartadecimanosque: quos tamen, iisdem illis campis, fuderint straverintque, ut tot armatorum millia, velut grex venalium, exuli Antonio donum daren-

no. Lucilio, allora prodottosi, autor del fatto si manifesta. L' armata scegliesi ad ammiraglio Cornelio Fosco, che ratto accorse. Basso, su navi recato in Adria con onorevol custodia, fu da Memmio Rufino capitan di cavalleria, da cui quel luogo guardavasi, imprigionato. Ma ne andò tosto libero per autorità di Ormo liberto. Costui pure tra'capi si annoverava.

13. Ma Cecina. intesa la ribellion dell' armata, entro i Principj nel più segreto del Campo aduna i centurioni primarj e pochi soldati, mentr' erano gli altri sbandati per militari incombenze. Ivi esalta *il valore di Vespasiano ed il vigor di sua parte: ribellata l' armata; disagio di vettovaglie; le Gallie e le Spagne avverse; niuna fidanza in Roma:* tutto dipinge come già crolli Vitellio. Poi, preceduto da' complici, fa che gli altri dalla novità sbalorditi giurino a Vespasiano. Si manometton nel punto stesso le immagini di Vitellio, e mandasi a dichiararlo ad Antonio. Ma appena per tutto il campo romoreggiò il tradimento, e il soldato corso a' principj mirò nelle insegne il nome di Vespasiano, ed atterrate le immagini di Vitellio; grande silenzio in prima, scoppian poi tutti ad un tratto: *a tal ridotta la gloria del germanico esercito, che senza sangue, senza combattere, ceda l'armi, diasi prigione? E quali legioni han contro? le vinte; ed a cui mancan la prima e quattordicesima, il nervo delle forze d' Ottone. E queste pure in queste pianure stesse noi sbaragliammo e atterrammo, perchè tante migliaja d' armati,*

tur. Octo nimirum legiones unius classis accessionem fore. Id Basso, id Caecinae visum: postquam domos, hortos, opes, Principi abstulerint, etiam Principi auferre milites, integros incruentosque, Flavianis quoque partibus viles. Quid dicturos reposcentibus aut prospera, aut adversa?

14. *Haec singuli, haec universi, ut quemque dolor impulerat, vociferantes, initio a quinta legione orto, repositis Vitellii imaginibus, vincla Caecinae injiciunt: Fabium Fabullum quintae legionis Legatum, et Cassium Longum Praefectum castrorum, Duces deligunt: forte oblatos trium Liburnicarum milites, ignaros et insontes, trucidant: relictis castris, abrupto ponte, Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt, ut legionibus, primae Italicae et unietvicesimae Rapaci, jungerentur, quas Caecina, ad obtinendam Cremonam, cum parte equitum praemiserat.*

15. *Ubi haec comperta Antonio, discordes animis, discretos viribus hostium exercitus adgredi statuit, antequam Ducibus auctoritas, militi obsequium, et junctis legionibus fiducia rediret. Namque Fabium Valentem, profectum ab urbe, acceleraturumque cognita Caecinae proditione, conjectabat. Et fidus Vitellio Fabius, nec militiae ignarus. Simul ingens Germanorum vis per Rhaetiam timebatur: et Britannia, Galliaque, et Hispania auxilia Vitellius acciverat, immensam belli luem; ni Antonius,*

come un vil gregge, si dieno in dono ad un bandito, ad Antonio? Che d' una flotta sien otto legioni la giunta? A Basso piacque, piacque a Cecina, dopo che al principe le case gli orti e le ricchezze involarono, rapirgli ancora i soldati, gagliardi, illesi, vili agli stessi Flaviani: e che rispondere a chi de' nostri successi sinistri o prosperi ci chiederà?

14. Ciò ad uno ad uno, ciò tutti insieme gridando, come il dolore spingevali, incominciando la legion quinta, rizzan le immagini di Vitellio, pongon Cecina in catene. Scelgonsi a capitani Fabio Fabullo, legato della quinta legione, e Cassio Longo mastro del campo. S' imbattono ne'soldati di tre galee, inconsapevoli ed innocenti, e gli ammazzano: lasciano il campo, troncano il ponte, e nuovamente ad Ostilia, indi a Cremona s' affrettano per congiungersi alla legion prima italica, ed alla ventunesima legion rapace, spedite già con molta cavallerìa da Cecina ad occupare Cremona.

15. Antonio, chiarito ciò, deliberò d'assaltar gli eserciti de'nemici, di cuor discordi, disuniti di forze, primachè ritornasse a'capi l'autorità, l'obbedienza a' soldati, alle legioni unite il coraggio: perchè argomentava partitosi Fabio Valente da Roma, e che affretterebbe intesa la ribellion di Cecina. Ed era Fabio fido a Vitellio, nè vil guerriero. Temeasi ancora uno scoppio d'armi germaniche per la Rezia; e avea Vitellio chiamate forze di Gallia, Spagna, e Brettagna, immenso nembo di guerra, se Antonio, appunto di ciò temendo, con

id ipsum metuens, festinato praelio victoriam praecepisset. Universo cum exercitu, secundis a Verona castris, Bedriacum venit. Postero die, legionibus ad muniendum retentis, auxiliares cohortes in Cremonensem agrum missae, ut, specie parandarum copiarum, civili praeda miles imbueretur. Ipse, cum quatuor millibus equitum, ad octavum a Bedriaco progressus, quo licentius popularentur. Exploratores (*ut mos est*) *longius curabant*.

16. *Quinta ferme hora diei erat, cum citus eques*, adventare hostes, praegredi paucos, motum fremitumque late audiri, *nuntiavit. Dum Antonius*, quidnam agendum, *consultat, aviditate navandae operae Arrius Varus cum promptissimis equitum prorupit, impulitque Vitellianos, modica caede: nam, plurium adcursu, versa fortuna, et acerrimus quisque sequentium, fugae ultimus erat. Nec sponte Antonii properatum, et fore, quae acciderant, rebatur. Hortatus suos*, ut magno animo capesserent pugnam, *diductis in latera turmis, vacuum in medio relinquit iter, quo Varum equitesque ejus reciperet: jussae armari legiones: datum per agros signum, ut, qua cuique proximum, omissa praeda, praelio occurrerent. Pavidus interim Varus, turbae suorum miscetur, intulitque formidinem. Pulsi cum sauciis integri, suometipsi metu, et angustiis viarum conflictabantur*.

17. *Nullum, in illa trepidatione, Antonius constantis Ducis, aut fortissimi militis, officium omisit: occursare paventibus; retinere cedentes:*

affrettar la battaglia non guadagnavasi la vittoria. Venne con tutto l'esercito in due giornate a Bedriaco: il dì seguente, occupate nelle trincee le legioni, spinse gli ajuti nel Cremonese, perchè in aspetto di apprestar viveri si empiesse di civil preda il soldato. Egli con quattro mila cavalli otto miglia s'allontanò da Bedriaco, perchè con più animosità saccheggiassero: più lungi, com'è costume, vegliavano gli esploratori.

16. Correva già la quinta ora del giorno, quando un corriere a tutta briglia recò, *avvicinarsi i nemici, pochi precederne, per tutto udirsene il fremito e il calpestio*. Mentre consigliasi Antonio *che farsi mai?* Arrio Varo, ardente di segnalarsi, s'avventò co' più spediti cavalli, e sbaragliò i Vitelliani con poca strage: perocchè accorsivi molti si rivoltò la fortuna, ed ogni più ardito a incalzare, ultimo era a fuggire [1]. Nè per Antonio s'accelerò; chè prevedea ciò che avvenne. Esortato i suoi ad entrare animosamente in battaglia, posti ne' fianchi i cavalli, lascia nel mezzo il cammino voto, onde raccogliere Varo ed i suoi cavalieri: fa che s'armino le legioni: dà il segno, onde gli sparsi nelle campagne lascin la preda, e corran per la più breve alla zuffa. Tremante frattanto Varo, alla turba de' suoi si meschia, e tutti li costernò: sani e feriti in rotta, eran dal proprio sbigottimento e dalle anguste strade impacciati.

17. In tanta costernazione Antonio non trascurò dovere di capitano intrepido, o di soldato magnanimo: anima i timorosi: affrena i fuggenti; ov'è mag-

ubi plurimus labor, unde aliqua spes, consilio, manu, voce insignis hosti, couspicuus suis: eo postremo ardoris provectus est, ut vexillarium fugientem hasta transverberaret. Mox raptum vexillum in hostem vertit. Quo pudore haud plures, quam centum equites, restitere. Juvit locus, arctiore illic via, et fracto interfluentis rivi ponte, cui incerto alveo, et praecipitibus ripis, fugam impediebat. Ea necessitas, seu fortuna, lapsas jam partes restituit. Firmati inter se, densis ordinibus, excipiunt Vitellianos temere effusos; atque illi consternantur. Antonius instare perculsis, sternere obvios. Simul ceteri, ut cuique ingenium, spoliare, capere, arma equosque abripere. Et exciti prospero clamore, qui modo per agros fuga palabantur, victoriae se miscebant.

18. *Ad quartum a Cremona lapidem fulsere legionum signa, Rapacis atque Italicae, laeto inter initia equitum suorum praelio, illuc usque provecta. Sed, ubi fortuna contra fuit, non laxare ordines, non recipere turbatos, non obviam ire, ultroque adgredi hostem, tantum per spatium cursu et pugnando fessum. Forte vecti, haud perinde rebus prosperis Ducem desideraverant, atque in adversis deesse intelligebant. Nutantem aciem victor equitatus incursat: et Vipstanus Messalla, Tribunus, cum Moesicis auxiliaribus adsequitur, quos militiae legionariis, quamquam raptim ductos, aequabat. Ita mixtus eques pedesque rupere legionum agmen. Et propinqua Cremonensium moenia, quanto*

giore il travaglio, onde speranza alcuna, con voce mano consiglio mostrasi all'inimico ed a'suoi: a tale ardore alfine si trasportò, che trapassò con l'asta un alfier fuggitivo, ed afferrata l'insegna la voltò contro il nemico: la qual vergogna non più che cento cavalieri arrestò. Giovò il luogo, perchè la via più ristretta, il ponte rotto, una riviera di guado infido e scosceso margine, impediva la fuga: tale necessità o fortuna rianimò la parte già rovinosa. Fatto poi testa a serrate squadre, ricevono i Vitelliani temerariamente inoltratisi; e questi si sbigottiscono. Antonio incalza gl'impauriti, i resistenti rovescia: gli altri, secondo il proprio talento, spogliano, prendono, armi e cavalli rapiscono: riscossi dal vittorioso grido quanti per le campagne aggiravansi fuggitivi, si meschiano alla vittoria.

18. A quattro miglia da Cremona videro sfolgoreggiar le insegne delle legioni rapace e italica, per la battaglia, in su'principj felice de'lor cavalli, sino a quel luogo avanzatesi. Ma, rivoltasi la fortuna, non allargarono le ordinanze, non riceverono gli sbaragliati, non mossero a riscontrare, ad assaltare il nemico, dalla battaglia e dal correre tanta via affaticato. Senza consiglio inoltrati [2], non così ne'successi un capo desiderarono, come accorgevansi ne'disastri di non averlo. La cavalleria vincitrice urta l'esercito vacillante, e Vipstano Messala tribuno arriva cogli ausiliarj di Mesia, ch'egli per gloria guerriera, sebbene condotti a furia, a'legionarj agguagliava. Così congiunti cavalli e fanti ruppero le legioni. E le vicine mura de'Cremonesi quanto

plus spei ad effugium, tanto minorem ad resistendum animum, dabant.

19. *Nec Antonius ultra institit, memor laboris ac vulnerum, quibus tam anceps praelii fortuna, quamvis prospero fine, equites equosque adflictaverat. Inumbrante vespera universum Flaviani exercitus robur advenit. Utque cumulos super et recentia caede vestigia incessere, quasi debellatum foret*, pergere Cremonam, et victos in deditionem accipere, aut expugnare, *deposcunt. Haec in medio, pulchra dictu. Illa sibi quisque*, posse coloniam plano sitam impetu capi. Idem audaciae per tenebras inrumpentibus, et majorem rapiendi licentiam. Quod si lucem opperiantur, jam pacem, jam preces, et, pro labore ac vulneribus, clementiam et gloriam, inania, laturos: sed opes Cremonensium in sinu Praefectorum Legatorumque fore. Expugnatae urbis praedam ad militem, deditae ad Duces, pertinere. *Spernuntur Centuriones Tribunique, ac, ne vox cujusquam audiatur, quatiunt arma, rupturi imperium, ni ducantur.*

20. *Tum Antonius, inserens se manipulis, ubi adspectu et auctoritate silentium fecerat:* Non se decus, neque pretium eripere tam bene meritis, *adfirmabat;* sed divisa inter exercitum Ducesque munia: militibus cupidinem pugnandi convenire; Duces providendo, consultando, cunctatione saepius, quam temeritate, prodesse. Ut pro virili portione, armis ac manu, victoriam juverit; ratio-

più agevole rifugio offrivano, tanto men animo davano di resistere.

19. Nè Antonio più gl'incalzò, memore del travaglio e delle ferite, onde la sorte cotanto ambigua della battaglia, benchè finita prosperamente, afflisse i cavalieri e i cavalli. Sull'imbrunir della sera tutte le forze giunsero de' Flaviani. Appena tanti cadaveri e le fresch'orme di tanta strage calcarono, come già vinta la guerra, chieggon *di gire a Cremona, e i vinti a patti ricevere od espugnarli*. Pomposamente in pubblico così parlavano: ciascun tra sè ragionava: *potersi prender d'assalto la città posta nel piano. Investendola fra le tenebre avrebbon lo stesso ardire, e più licenza a predare: che se aspettassero il giorno, pace e perdono si griderebbe, e in premio de' lor travagli e ferite avrebbonsi i nomi vani di clemenza e di gloria: ma le ricchezze de' Cremonesi da' prefetti e legati s' ingojerebbero. Appartenere al soldato il sacco di espugnata città; di città datasi, a' capitani*. Sprezzano centurioni e tribuni; e, perchè voce non odasi, sbatton l'armi; pronti a rompere l'obbedienza, se non si muova l'assalto.

20. Allora Antonio, meschiandosi tra le squadre, fatto con la presenza e autorità silenzio, *non voglio*, disse, *rapire onore nè premio a cuori sì benemeriti: altro è però dell' esercito, altro il dovere de' capitani: a' soldati addicesi desiderar di combattere; i capitani giovano col prevedere, deliberare, più spesso temporeggiare, che cimentarsi. Come per parte mia con l'armi*

ne et consilio, propriis Ducis artibus, profuturum. Neque enim ambigua esse, quae occurrant, noctem, et ignotae situm urbis, intus hostes, et cuncta insidiis opportuna. Non, si pateant portae, nisi explorato, nisi die, intrandum. An oppugnationem inchoaturos, adempto omni prospectu, quis aequus locus, quanta altitudo moenium? tormentisne et telis, an operibus et vineis adgredienda urbs foret? *Mox conversus ad singulos*, num secures, dolabrasque, et cetera expugnandis urbibus, secum adtulissent? *rogitabat. Et, cum abnuerent*, gladiisne, *inquit*, et pilis, perfringere ac subruere muros ullae manus possunt? Si aggerem struere, si pluteis cratibusve protegi necesse fuerit, ut vulgus improvidum, inriti stabimus, altitudinem turrium, et aliena munimenta mirantes? Quin potius mora noctis unius, advectis tormentis machinisque, vim victoriamque nobiscum ferimus? *Simul lixas calonesque, cum recentissimis equitum, Bedriacum mittit, copias, ceteraque usui adlaturos.*

21. *Id vero aegre tolerante milite, prope seditionem ventum, cum progressi equites sub ipsa moenia, vagos ex Cremonensibus corripiunt: quorum indicio noscitur*, sex Vitellianas legiones, omnemque exercitum qui Hostiliae egerat, eo ipso die triginta millia passuum emensum, comperta suorum clade, in praelium accingi, ac jam adfore.

e col braccio ajutai la vittoria, con il consiglio e col senno, qualità proprie del capitano, la sosterrò. Possiamo ignorar gli ostacoli, che s'incontrano? La notte, il sito della città sconosciuto, i nemici dentro, pieno d' insidie ogni cosa. Non si dovrebbe entrare, aperte ancora le porte, se non avvedutamente, se non di giorno. Vi lancereste forse all' assalto senza osservare qual parte è meglio investire, quanta l' altezza delle muraglie? se assalir debbasi la città con dardi e macchine saettatrici, o con vigne e con palizzate? Quindi a ciascuno rivoltosi domandava, *se seco avessero scuri e zappe e altri ordegni da espugnare città?* e negandol essi, *e vi son braccia*, disse, *che possano con le spade e con l' aste rompere e abbattere le muraglie? Se formar argini, se schermirsi con tavolati e graticci ne converrà, qual volgo stolido starem noi a riguardare oziosi l' altezza de' baluardi e le altrui fortificazioni? Chè non più tosto differire una notte, e provvedute macchine e batterie recar la forza e la vittoria con noi?* Manda ciò detto a Bedriaco con i più freschi cavalli e saccomanni e saccardi a recarne viveri e quanto mai fosse all' uopo.

21. Ma, ciò soffrendo a malincuore il soldato, già sedizione accendevasi, quando i cavalli, fin sotto a' muri inoltratisi, colgono alcuni cremonesi sbandati, da' quali seppesi, *che sei legioni Vitelliane e tutto l' esercito stato ad Ostilia, corse in quello stesso dì trenta miglia, intesa de' suoi la rotta, già mostravansi con l' armi pronte a com-*

Is terror obstructas mentes consiliis Ducis aperuit. Sistere tertiam legionem, in ipso viae Postumiae aggere, jubet, cui juncta a laevo septima Galbiana, patenti campo stetit; dein septima Claudiana, agresti fossa (ita locus erat) praemunita; dextro, octava per apertum limitem; mox tertiadecima, densis arbustis intersepta. Hic aquilarum signorumque ordo: milites mixti per tenebrae, ut fors tulerat: Praetorianum vexillum proximum tertianis; cohortes auxiliorum in cornibus: latera ac terga equite circumdata: Sido atque Italicus, Suevi, cum delectis popularium, primori in acie versabantur.

22. *At Vitellianus exercitus, cui adquiescere Cremonae, et, reciperatis cibo somnoque viribus, confectum algore atque inedia hostem, postera die profligare ac proruere ratio fuit: indigus rectoris, inops consilii, tertia ferme noctis hora, paratis jam dispositisque Flavianis impingitur. Ordinem agminis, disjecti per iram ac tenebras, adseverare non ausim quamquam alii tradiderint*, quartam Macedonicam, dextro suorum cornu; quintam et quintamdecimam, cum vexillis nonae secundaeque et vicesimae Britannicarum legionum, mediam aciem; sextadecimanos duoetvicesimanosque et primanos laevum cornu complesse. *Rapaces atque Italici omnibus se manipulis miscuerant. Equites, auxiliaque, sibi ipsi locum legere. Praelium tota nocte varium, anceps, atrox; his, rursus illis, exitiabile. Nihil animus, aut manus, ne oculi quidem provisu juvabant. Eadem utraque acie arma: crebris*

battere. Questo terrore aperse le chiuse menti a' consigli del capitano. Fa che si apposti la legion terza in sull' argine della via Postumia; e la settima Galbiana unitale alla sinistra tenne l' aperta campagna: poi la settima Claudiana da un fosso rustico (tal era il luogo) si difendeva: a destra in largo piano l' ottava: quindi la tredicesima, cinta da folti arboscelli. Così le aquile e le insegne ordinaronsi: i soldati si mescolaron nel bujo secondochè s' imbatterono: presso alla terza il vessillo de' pretoriani: l' armi ausiliari ne' corni: la cavallerìa circondava i fianchi e le spalle: Sidone e Italico, col fiore de' lor Suevi, tenner la fronte della battaglia.

22. Ma l' esercito Vitelliano, ch' ebbe agio di riposare in Cremona, e, ristoratosi di cibo e sonno, il giorno poi sconfiggere e rovesciare il nemico di freddo e fame consunto; privo di capo, senza consiglio, sulla terz' ora di notte, avventasi ne' Flaviani già pronti ed arringati a combattere. Non ardirei d' affermare in qual ordine s' avanzassero, disordinati per la notte e per l' ira; benchè altri narrassero, che al destro corno stesse la quarta legion macedonica; la quinta e la quindicesima con le insegne delle legioni britanniche, nona, seconda, e vigesima, nella battaglia; al sinistro, la sedicesima, ventiduesima, e prima. I rapaci e gl' italici per tutte le compagnie si meschiarono: I cavalli e gli ajuti allocaronsi a lor talento. Il conflitto fu tutta notte vario, dubbioso, atroce: or a questi, or a quelli mortifero. Nulla giovavano cuore e mani, nè occhi pure a schermirsi. Nell' uno e nell' altro esercito le stess' armi; noto per le fre-

interrogationibus notum pugnae signum: permixta vexilla, ut quisque globus, capta ex hostibus, huc vel illuc raptabat. Urgebatur maxime septima legio, nuper a Galba conscripta. Occisi sex primorum ordinum Centuriones, abrepta quaedam signa. Ipsam Aquilam Atilius Verus, primipili Centurio, multa cum hostium strage, et ad extremum moriens, servaverat.

23. *Sustinuit labantem aciem Antonius, accitis praetorianis. Qui, ubi excepere pugnam, pellunt hostem, dein pelluntur. Namque Vitelliani, tormenta in aggerem viae contulerant, ut tela vacuo atque aperto excuterentur, dispersa primo, et arbustis, sine hostium noxa, inlisa. Magnitudine eximia quintaedecimae legionis balista, ingentibus saxis hostilem aciem proruebat: lateque cladem intulisset, ni duo milites praeclarum facinus ausi, adreptis e strage scutis, ignorati vincla ac libramenta tormentorum abscidissent. Statim confossi sunt, eoque intercidere nomina: de facto haud ambigitur. Neutro inclinaverat fortuna, donec, adulta nocte, luna surgens ostenderet acies, falleretque. Sed Flavianis aequior a tergo; hinc majores equorum virorumque umbrae, et falso, ut in corpora, ictu, tela hostium citra cadebant: Vitelliani adverso lumine conlucentes, velut ex occulto jaculantibus, incauti offerebantur.*

24. *Igitur Antonius, ubi noscere suos noscique poterat, alios pudore et probris, multos laude et hortatu, omnes spe promissisque accendens,* cur

quenti interrogazioni il segnale della battaglia: tramischiate le insegne, secondochè dalle varie squadre, al nemico tolte, qua e là traevansi. Travagliava principalmente la legion settima, testè descritta da Galba. Caddero sei centurioni primarj: rapironsi alcune insegne: Atilio Vero, capo de' centurioni, salvò l' aquila con molta strage degl'inimici, dando ancor egli la vita.

23. Sostenne Antonio la vacillante battaglia co'pretoriani, i quali al primo riscontro cacciano, poi ricacciansi dal nemico. Poichè i Vitelliani avean recato in sull' argine della strada le batterìe per saettare all'aperto: i primi colpi riusciron voti, percuotendo negli alberi senz'offesa degl'inimici. Una balista della legion quindicesima, di smisurata grandezza, con sassi enormi le squadre ostili atterrava, e ne faceva macello, se due soldati, con segnalato ardire, tolti due scudi dagli ammucchiati cadaveri, non ne troncavano inavvertiti le funi ed i contrappesi. Furono subito trucidati, e perciò i nomi ignoraronsi: dell' opera non si dubita. Per niuno ancor dichiaravasi la fortuna, sinchè a notte buja la sorgente luna scoperse ed ingannò i combattenti. Ma i Flaviani l'ebber più amica alle spalle; perchè l'ombre degli uomini e de'cavalli ingrandiva, ed i nemici mirando in quelle, come se corpi, non percuotevano che vane forme: i Vitelliani all'opposto, abbarbagliati dal lume, erano come da occulto luogo saettati.

24. Antonio dunque, appena potè conoscere i suoi ed esserne conosciuto, altri con la vergogna e i rimproveri, molti con la lode e i conforti, tutti

rursum sumpsissent arma? *Pannonicas legiones interrogabat:* illos esse campos, in quibus abolere labem prioris ignominiae, ubi reciperare gloriam possent. *Tum ad Moesicos conversus,* principes auctoresque belli *ciebat:* frustra minis et verbis provocatos Vitellianos, si manus eorum oculosque non tolerent. *Haec, ut quosque accesserat: plura ad Tertianos, veterum recentiumque admonens: ut* sub M. Antonio Parthos, sub Corbulone Armenios, nuper Sarmatas pepulissent. *Mox infensus Praetorianis:* Vos, *inquit*, nisi vincitis, pagani, quis alius Imperator, quae castra alia excipient? Illic signa armaque vestra sunt, et mors victis; nam ignominiam consumpsistis. *Undique clamor: et orientem solem (ita in Syria mos est) Tertiani salutavere.*

25. *Vagus inde, an consilio Ducis subditus rumor*, advenisse Mucianum; exercitus invicem salutasse. *Gradum inferunt, quasi recentibus auxiliis aucti; rariore jam Vitellianorum acie, ut quos, nullo rectore, suus quemque impetus vel pavor contraheret, diduceretve. Postquam impulsos sensit Antonius, denso agmine obturbabat: laxati ordines abrumpuntur: nec restitui quivere, impedientibus vehiculis tormentisque. Per limitem viae sparguntur, consectandi festinatione, victores. Eo notabilior caedes fuit, quia filius patrem interfecit. Rem nominaque, auctore Vipstano Messalla, tradam. Julius Man-*

con la speranza e con promesse infiammando, gridava alle legioni pannoniche, *perchè riprendesser l'armi? quelle essere le campagne, ove cancellar l'onta del primo scorno, ove la gloria potevano ricuperare*. Quindi rivolto a' Mesj, *capi ed autori* chiamavali *della guerra: con ciarle e minacce indarno aizzarono i Vitelliani, ove la forza e gli sguardi non ne sostengano*. Così a ciascuno, secondochè s'imbatteva: più disse alla terza, gli antichi e nuovi trionfi rammemorandole, come *con Marc' Antonio i Parti, con Corbulone gli Armeni, dianzi i Sarmati sbaragliarono*. Poscia adirato co' pretoriani, *e voi, borghigiani*, disse, *se non vincete, qual altro imperadore, qual altro campo vi accoglierà? Là sono le vostre insegne; là le vostr' armi; là morte, se perderete; chè la vergogna già consumaste*. Levasi strepito da per tutto; e la terza, così costumasi in Siria, salutò il sole nascente.

25. Corse romore allora, destato forse dal capitano, *giunto Muciano, datosi il saluto gli eserciti*. Avanzano, quasi rinvigoriti di nuove forze, già diradandosi i Vitelliani, cui nessun capo, ma il proprio ardore o tremore traeva ad allargarsi o restringersi. Appena Antonio li vide in piega, con gli squadroni serrati gl' investe, apre, sbaraglia: nè possono rinfrancarsi, tra i carriaggi e le macchine inviluppatisi. Per l'impeto d' incalzarli in su la strada si spandono i vincitori. Fu tanto più segnalata la strage, perchè uno uccise suo padre. Il caso e i nomi, dietro Vipstano Messala, ne conterò. Giulio Mansueto di Spagna, ascritto alla le-

suetus, ex Hispania, Rapaci legioni additus, impubem filium domi liquerat. Is mox adultus, inter septimanos a Galba conscriptus, oblatum forte patrem et vulnere stratum, dum semianimem scrutatur, agnitus, agnoscensque, et exanguem amplexus, voce flebili precabatur piatos patris manes, neve se ut parricidam aversarentur; publicum id facinus; et unum militem quotam civilium armorum partem? *simul adtollere corpus, aperire humum, supremo erga parentem officio fungi. Advertere proximi, deinde plures: hinc per omnem aciem miraculum, et questus, et saevissimi belli execratio. Nec eo segnius propinquos, adfines, fratres trucidatos spoliant: factum esse scelus loquuntur, faciuntque.*

26. *Ut Cremonam venere, novum immensumque opus occurrit. Othoniano bello, Germanicus miles moenibus Cremonensium castra sua, castris vallum circumjecerat: eaque munimenta rursus auxerat. Quorum adspectu haesere victores, incertis Ducibus, quid juberent. Incipere oppugnationem, fesso per diem noctemque exercitu, arduum; et, nullo juxta subsidio, anceps. Sin Bedriacum redirent, intolerandus tam longi itineris labor, et victoria ad irritum revolvebatur. Munire castra? id quoque, propinquis hostibus, formidolosum, ne dispersos, et opus molientes subita eruptione turbarent. Quae super cuncta, terrebat ipsorum miles, periculi quam morae patientior. Quippe ingrata, quae tuta, ex temeritate spes: omnisque caedes, et*

gione rapace, lasciò in casa un figlio tenero ancora. Questi fattosi adulto, e nella settima da Galba scritto, scontrasi a caso nel padre, e con un colpo lo atterra. Mentre agonizzante lo spoglia, l'un l'altro si riconoscono, e spira. Abbraccia l'esangue spoglia, e con flebil voce prega *quell' anima, che si plachi, nè lo respinga qual parricida: era il misfatto pubblico; e quanta parte di civil guerra un soldato?* Recasi in dosso il cadavere, scava una fossa, rende gli ultimi ossequj al padre. L'osservano i vicini, poi molti: quindi se ne diffonde per tutto il campo la maraviglia, con querimonie ed imprecazioni all' atrocissima guerra; nè però meno a spogliar s'affrettano i trucidati congiunti, amici, fratelli: mormorano che si è commessa una scelleraggine, e la commettono.

26. Giunti a Cremona, nuovo presentasi ed affannoso travaglio. Nella guerra Ottoniana i soldati germanici posero intorno a Cremona un campo, e il cinsero di trincee, e nuove fortificazioni v'aggiunsero: alla cui vista i vincitori s' arrestano, non sapendo i capi che farsi. Muover l' assalto con truppa e notte e dì affaticata, ardua cosa, e, senz'ajuto vicino, pericolosa: tornando a Bedriaco, intollerabil lo stento di così lungo viaggio, e perderebbesi il frutto della vittoria: fortificare il campo? ciò pur sarebbe rischioso per il nemico vicino, il qual potrebbe piombare improvvisamente su gli sbandati occupati all' opera, e sbaragliarli. Ma sopra tutto gli spaventavano i lor soldati, più del pericolo sofferenti che dell' indugio: perchè da' cauti partiti nulla [3], tutto speravano dalla temerità; e uc-

vulnera, et sanguis, aviditate praedae pensabantur.

27. *Huc inclinavit Antonius*, cingique vallum corona *jussit. Primo sagittis saxisque eminus certabant, majore Flavianorum pernicie, in quos tela desuper librabantur. Mox vallum portasque legionibus adtribuit, ut discretus labor fortes ignavosque distingueret, atque ipsa contentione decoris accenderentur. Proxima Bedriacensi viae tertiani septimanique sumpsere: dexteriora valli octava ac septima Claudiana: tertiadecimanos ad Brixianam portam impetus tulit: paullum inde morae, dum e proximis agris ligones, dolabras, et alii falces, scalasque convectant. Tum, elatis super capita scutis, densa testudine succedunt. Romanae utrimque artes: pondera saxorum Vitelliani provolvunt; disjectam fluitantemque testudinem lanceis contisque scrutantur: donec, soluta compage scutorum, exangues aut laceros prosternerent multa cum strage.*

28. *Incesserat cunctatio, ni Duces fesso militi, et velut irritas exhortationes abnuenti, Cremonam monstrassent. Hormine id ingenium, ut Messalla tradit, an potior auctor sit C. Plinius, qui Antonium incusat, haud facile discreverim: nisi, quod neque Antonius, neque Hormus, a fama vitaque sua, quamvis pessimo flagitio, degeneravere. Non jam sanguis, neque vulnera morabantur, quin subruerent vallum, quaterentque portas; innixi humeris, et super iteratam testudinem scandentes, prensarent hostium tela*

cisioni, e ferite, e sangue con l'avidità della preda si compensavano.

27. A questo Antonio inclinò, comandando *che d'ogni banda si stringano le trincee*. Prima con dardi e frombole da lontano si combatteva, con maggior perdita de'Flaviani, su cui dall'alto scagliavansi le saette. Quindi alle legioni assegnò le porte e il bastione, perchè, diviso il travaglio, prodi e codardi si distinguessero, e gl'infiammasse emulazione di gloria. La terza e la settima collocaronsi presso la via di Bedriaco: l'ottava, e la settima claudiana a destra delle trincee: la tredicesima fu trasportata dall' impeto alla porta Bresciana. Alquanto poi s'indugiò, mentre carreggiano dalle campagne vicine asce e zappe, ed altri scale e falcioni. Allora, postisi in sul capo gli scudi, stretti in testuggine avanzano. Di qua e di là combattesi alla romana. I Vitelliani rotolan sassi enormi, e con aste e lance traforano la scommessa ed ondeggiante testuggine, finchè, scompaginati gli scudi, gli urtano, schiacciano, straziano con strage immensa.

28. Già rallentava l'assalto, se i capitani al soldato stracco, e ritroso ad ogni conforto, non additavan Cremona. Io mal discerno, se questo tratto fu d' Ormo, come racconta Messala, o sia maggiore l'autorità di Plinio, che Antonio incolpane: se non che nè Antonio, nè Ormo, con tale, benchè scelleratissimo atto, dalla sua fama e vita degenerarono. Nè sangue omai, nè ferite più li rattengono dal rovesciare i ripari, scuoter le porte, e, recatisi in sulle spalle e sopra la rinnovata testuggine, l'armi e le braccia afferrare degl'inimici. Sani e feriti,

brachiaque. Integri cum sauciis, semineces cum exspirantibus, volvuntur, varia pereuntium forma, et omni imagine mortium.

29. *Acerrimum septimae tertiaeque legionum certamen. Et dux Antonius, cum delectis auxiliaribus eodem incubuerat. Obstinatos inter se cum sustinere Vitelliani nequirent, et superjacta tela testudine laberentur; ipsam postremo balistam in subeuntes propulere: quae, ut ad praesens disjecit obruitque, quos inciderat, ita pinnas ac summa valli ruina sua traxit. Simul juncta turris ictibus saxorum cessit. Qua septimani dum nituntur cuneis, tertianus securibus gladiisque portam perfregit. Primum inrupisse C. Volusium, tertiae legionis militem, inter omnes auctores constat. Is in vallum egressus, deturbatis qui restiterant, conspicuus manu ac voce,* capta castra, *conclamavit. Ceteri, trepidis jam Vitellianis, seque e vallo praecipitantibus, perrupere. Completur caede, quantum inter castra murosque vacui fuit.*

30. *At rursus nova laborum facies: ardua urbis moenia; saxeae turres; ferrati portarum obices; vibrans tela miles; frequens obstrictusque Vitellianis partibus Cremonensis populus; magna pars Italiae, stato in eosdem dies mercatu,* congregata: *quod defensoribus auxilium ob multitudinem, oppugnantibus incitamentum ob praedam, erat.* Rapi ignes *Antonius,* inferrique amoenissimis extra urbem aedificiis *jubet; si damno rerum suarum, Cremonenses ad mutandam*

agonizzanti e semivivi traboccano, in varie guise spiranti e con ogni forma di morte.

29. Ardeva asprissima fra la legion terza e settima la battaglia, e in quella parte il capitano Antonio col nervo degli alleati premeva. Non potendo i Vitelliani sostener l'impeto di tanto sforzo, e le vibrate saette per la testuggine sdrucciolando, la stessa balista in fine su gli aggressori rovesciano; la quale come fracassa e stritola su quanti piomba, così la cima ed i merli della trincea con la rovina sua strascinò: crollò il continuo torrione ancora alle percosse de' sassi: per cui mentre si sforza la settima di sottentrare a conio, la terza con asce e spade la porta spezzane. Tutti gli autori convengono, che il primo a cacciarsi dentro fu Cajo Volusio, soldato della legion terza. Costui montato sulla trincea, sbaragliati quanti gli resistessero, e mani e voce agitando, *è preso il campo*, gridò. Gli altri, già sbigottiti i Vitelliani e da' bastioni precipitandosi, lo seguitarono. S'empie di strage tutto lo spazio fra i muri e 'l campo.

30. Ed ecco nuovi travagli: muraglie altissime; torri di pietra; porte aspramente ferrate; soldati fieri in sull'armi; immenso popolo Cremonese affezionato a Vitellio; gran parte d'Italia, per fiera occorsa in que' dì, raccoltavi: lo che per la moltitudine era a' difensori d'ajuto, agli aggressori di stimolo per la preda. Comanda Antonio, *che ratto appicchisi il fuoco alle amenissime ville fuori della città*, se i Cremonesi per tanto danno mai s'inducessero a mutar fede. Empie le case vicine

fidem traherentur. Propinqua muris tecta, et altitudinem moenium egressa, fortissimo quoque militum complet: illi trabibus, tegulisque, et facibus propugnatores deturbant.

31 *Jam legiones in testudinem glomerabantur; et alii tela saxaque incutiebant, cum languescere paullatim Vitellianorum animi. Ut quis ordine anteibat, cedere fortunae: ne, Cremona quoque excisa, nulla ultra venia, omnisque ira victoris, non in vulgus inops, sed in Tribunos Centurionesque, ubi pretium caedis erat, reverteretur. Gregarius miles, futuri socors, et ignobilitate tutior, perstabat. Vagi per vias, in domibus abditi, pacem ne tum quidem orabant, cum bellum posuissent. Primores castrorum nomen atque imagines Vitellii amoliuntur. Catenas Caecinae (nam etiam tum vinctus erat) exolvunt, orantque*, ut caussae suae deprecator adsistat. *Adspernantem tumentemque lacrymis fatigant: extremum malorum, tot fortissimi viri, proditoris opem invocantes. Mox velamenta et infulas pro muris ostentant. Cum Antonius* inhiberi tela *jussisset, signa aquilasque extulere: moestum inermium agmen, dejectis in terram oculis, sequebatur. Circumstiterant victores, et primo ingerebant probra, intentabant ictus: mox, ut praeberi ora contumeliis, et, posita omni ferocia, cuncta victi patiebantur, subit recordatio, illos esse, qui nuper Bedriaci victoriae temperassent. Sed, ubi Caecina, praetexta lictoribusque insignis, dimota turba, Consul incessit, exarsere victores:* superbiam,

e soprastanti alle mura de' più gagliardi soldati: quelli con travi tegole e fiaccole i difensori rovesciano.

31. Già le legioni in testuggine si stringevano, ed avventavano gli altri saette e sassi, quando mancò a poco a poco l'animo a' Vitelliani, e tutti i più segnalati cedevano alla fortuna: impauriti che, rovinata Cremona, ogni pietà si spegnesse, e tutta l'ira del vincitore, non sulla plebe tapina, ma su'tribuni e su' centurioni, la cui morte era guadagno, piombasse. Il soldato volgare, indolente dell'avvenire, e per ignobiltà sicuro, indurava: aggirandosi per le vie, nelle case occultatisi, neppure allora pregavan pace, ch' avean cessata la guerra. I principali del campo straziano il nome e le immagini di Vitellio, sciolgon da' ferri Cecina, ch' era anco avvinto, e lo pregano *ad interceder per loro*. Ributtati superbamente, lo stringono con le lagrime: la somma delle sciagure, tanti guerrieri fortissimi l' ajuto implorano d' un traditore. Poi dalle mura i veli e le sacre bende presentano. Avendo Antonio fatto cessar l' attacco, le insegne e l' aquile inalberarono: seguiva la mesta schiera de' disarmati con gli occhi alla terra inchini. I vincitori li circondarono: e gl' ingiuriavano, li minacciavano: veduto poi che porgeano il viso agli oltraggi, e posta giù la fierezza soffrivan vinti ogni cosa, vien loro in mente esser pur quelli, che non ha guari a Bedriaco si temperaron nella vittoria. Ma quando Cecina, con la pretesta e i littori, sgombra la calca, apparve in maestà consolare, i vin-

saevitiamque (*adeo invisa scelera sunt*) *etiam* perfidiam , *objectabant. Obstitit Antonius*, *datisque defensoribus* , *ad Vespasianum dimisit*.

32. *Plebs interim Cremonensium inter armatos conflictabatur . Nec procul caede aberant , cum precibus Ducum mitigatus est miles . Et vocatos ad concionem Antonius adloquitur, magnifice victores , victos clementer ; de Cremona in neutrum. Exercitus praeter insitam praedandi cupidinem, vetere odio, ad excidium Cremonensium incubuit . Juvisse partes Vitellianas , Othonis quoque bello, credebantur, mox tertiadecimanos , ad extruendum amphitheatrum relictos, ut sunt procacia urbanae plebis ingenia , petulantibus jurgiis inluserant. Auxit invidiam editum illic a Caecina gladiatorum spectaculum: eademque rursus belli sedes : et praebiti in acie Vitellianis cibi : caesae quaedam feminae , studio partium ad praelium progressae . Tempus quoque mercatus , ditem alioquin coloniam , majorum opum specie complebat . Ceteri Duces in obscuro : Antonium fortuna famaque omnium oculis exposuerat. Is balineas , abluendo cruori , propere petit . Excepta vox est, cum teporem incusaret* , statim futurum , ut incalescerent . *Vernile dictum omnem invidiam in eum vertit , tamquam* signum incendendae Cremonae dedisset , *quae jam flagrabat*.

33. *Quadraginta armatorum millia inrupere, calonum lixarumque amplior numerus , et in libidinem ac saevitiam conruptior . Non dignitas,*

citori infiammaronsi; *la crudeltà*, *la superbia* (tanto si abborrono le scelleraggini) *il tradimento* gli rinfacciavano. Frenolli Antonio, e affidatolo di buona guardia lo inviò a Vespasiano.

32. Travagliava intanto fra tante spade il popolo di Cremona, e n'era pronto il macello, se a' prieghi de' capitani non si placava il soldato. E in parlamento Antonio tenne orazione magnifica a' vincitori, pietosa a' vinti; di Cremona non ragionò. L'esercito, oltre l'innata avidità di predare, per odio antico agognava la distruzion di Cremona. Credevasi che i Vitelliani giovasse nella guerra ancora di Ottone: poscia la tredicesima lasciatavi a costruire l'anfiteatro (come la plebe urbana è di natura insolente) con petulanti risse insultarono. Odio aumentò lo spettacolo dato colà da Cecina de' gladiatori: l'essere di nuovo piazza di guerra; dati alimenti a' Vitelliani nel campo: alcune femmine trucidate, che per amor di parte s'erano tratte a combattere. Il tempo ancor della fiera dava all' altronde ricca città splendore di maggiore opulenza. Gli altri capi non si guardavano. Tutti gli occhi eran fisi alla fortuna e fama d'Antonio. Ei per astergersi il sangue entrò tosto nel bagno; e, dolendosi ch'era tepido, s'udì una voce *tosto sarà riscaldato*. Lo scurril motto di tutto l'odio lo caricò, come fosse il segnale d'ardere la città, che già fiammeggiava.

33. Entrano a furia quarantamila soldati, maggior numero di saccardi e di bagaglioni, di più brutale libidine e crudeltà. Non dignità, non età

non aetas protegebat, quo minus stupra caedibus, caedes stupris, miscerentur. Grandaevos senes, exacta aetate foeminas, viles ad praedam, in ludibrium trahebant. Ubi adulta virgo, aut quis forma conspicuus, incidisset, vi manibusque rapientium divulsus, ipsos postremo direptores in mutuam perniciem agebat. Dum pecuniam, vel gravia auro templorum dona, sibi quisque trahunt, majore aliorum vi truncabantur. Quidam obvia adspernati, verberibus tormentisque dominorum, abdita scrutari, defossa eruere. Faces in manibus: quas, ubi praedam egesserant, in vacuas domos, et inania templa, per lasciviam jaculabantur: utque exercitu, vario linguis, moribus, cui cives, socii, externi interessent, diversae cupidines, et aliud cuique fas, nec quidquam inlicitum. Per quatriduum Cremona suffecit. Cum omnia sacra profanaque in igne considerent, solum Mephitis templum stetit ante moenia, loco, seu Numine defensum.

34. *Hic exitus Cremonae, anno CCLXXXVI a primordio sui. Condita erat Ti. Sempronio et Cornelio Consulibus, ingruente in Italiam Hannibale, propugnaculum adversus Gallos trans Padum agentes, et si qua alia vis per Alpes rueret. Igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, ubere agri, annexu connubiisque gentium, adolevit floruitque, bellis externis intacta, civilibus infelix. Antonius, pudore flagitii, crebrescente invidia, edixit,* ne quis Cremonenses captivos detineret. *Inritamque praedam*

schermiva, che le uccisioni agli stupri, gli stupri alle uccisioni non si meschiassero. Vecchi decrepiti e donne di età cadente, come di niun guadagno, adopravansi per ischerno. Ove imbattevasi matura vergine, o garzoncello avvenente, dalla violenza e dalle mani squarciato de' rapitori, spingeva in fine i rapitori medesimi a trucidarsi. Mentre ciascuno portasi via danajo, o doni d'oro involati a' templi, da maggior forza cadevano trucidati. Alcuni, sprezzando ciò che si presentava, con battiture e tormenti sforzavano i padroni a frugar le cose nascoste, a dissotterrar le sepolte. Brandivan fiaccole, le quali, trattane appena la preda, nelle diserte case e ne' nudi templi lasciavano per trastullo. E come in esercito vario di costumi e di lingue, composto di cittadini, alleati, stranieri, eran diverse voglie, varie opinioni del giusto, nè cosa alcuna d'illecito. Quattro dì resse Cremona. E mentre ogni cosa profana e sacra abissavasi nelle fiamme, il solo tempio di Mefite presso alle mura restò, dal sito o dalla Dea preservato.

34. Tal ebbe fine Cremona dugentottantasei anni dopo la sua fondazione. Si edificò sotto i Consoli Tiberio Sempronio e Pubblio Cornelio, soprastando all' Italia Annibale, per fortezza contro i Galli oltre Po, o se altra forza mai rovinasse dall' Alpi. Per numero dunque di abitatori, per opportunità di fiumi, per ubertà di campagna, per maritaggi e alleanze con altri popoli, crebbe e fiorì, da guerre straniere illesa, nelle civili infelice. Antonio, sempre più l' odio e la vergogna aggravandolo di tanta scelleratezza, bandì *che niuno i*

militibus effecerat consensus Italiae, emptionem talium mancipiorum adspernantis. Occidi coepere. Quod ubi enotuit, a propinquis adfinibusque occulte redemptabantur. Mox rediit Cremonam reliquus populus. Reposita fora, templaque munificentia municipum: et Vespasianus hortabatur.

35. *Ceterum adsidere sepultae urbis ruinis, noxia tabo humus haud diu permisit. Ad tertium lapidem progressi, vagos paventesque Vitellianos, sua quemque apud signa, componunt. Et victae legiones, ne, manente adhuc civili bello, ambigue agerent, per Illyricum dispersae. In Britanniam inde, et Hispanias nuntios famamque, in Galliam Julium Calenum, Tribunum, in Germaniam Alpinum Montanum, Praefectum cohortis, quod hic Trevir, Calenus Aeduus, uterque Vitelliani fuerant, ostentui misere. Simul transitus Alpium praesidiis occupati: suspecta Germania, tamquam in auxilium Vitellii accingeretur.*

36. *At Vitellius, profecto Caecina, cum Fabium Valentem, paucis post diebus, ad bellum impulisset, curis luxum obtendebat: non parare arma, non adloquio exercitioque militem firmare, non in ore vulgi agere: sed umbraculis hortorum abditus, ut ignava animalia, quibus si cibum suggeras, jacent torpentque, praeterita, instantia, futura, pari oblivione dimiserat. Atque illum, in nemore Aricino desidem et marcentem, proditio Lucilii Bassi, ac defectio classis*

Cremonesi schiavi si ritenesse; e gli avea resi già preda vana Italia tutta concorde a rifiutare la compera di tali schiavi. Incominciossi ad ucciderli: lo che appena seppesi, da' consanguinei ed affini occultamente si riscattavano. Quindi a Cremona tornò il popolo sopravanzatone: ricostruironsi fori e templi dalla munificenza de' cittadini, e Vespasiano animavali.

35. Ma non permise che a lungo si dimorasse nelle ruine della sepolta città la corruzione ed il puzzo di tanta strage. Fattisi innanzi tre miglia, raccolgon sotto le respettive insegne i Vitelliani vaghi e tremanti. E perchè le vinte legioni, tuttor ardendo la civil guerra, di fede non vacillassero, si sparsero per l'Illiria. Spediron poi nelle Spagne e nella Brettagna a celebrare il successo; in Gallia Giulio Caleno tribuno, in Germania Alpino Montano prefetto d' una coorte, per essere questi Treviro, Caleno Eduo, entrambi già Vitelliani, ad ostentazione inviarono. Chiusero ancora di guardie i passi dell' Alpi, temendo che la Germania ad ajutar Vitellio non s'accingesse.

36. Ma Vitellio, partitosi già Cecina, e spinto pochi dì poi Fabio Valente alla guerra, sopìa nel lusso i pensieri: non fornir armi; non confortare, nè esercitare i soldati; non comparire nel pubblico: ma all' ombre de' giardini nascosto, come i vili animali, cui se empi il ventre, sdrajansi e torpono, le passate imminenti e future cose avea con pari indolenza dimenticate. E mentre marciva ozioso nella selvetta Aricina, la tradigion di Lucilio Basso, e la ribellion dell' armata Ravennate lo scosse. Nè

Ravennatis perculit. Nec multo post de Caecina adfertur mixtus gaudio dolor, et descivisse, et ab exercitu vinctum. Plus apud socordem animum laetitia, quam cura valuit. Multa cum exultatione in urbem revectus, frequenti concione, pietatem militum *laudibus cumulat*. P. Sabinum, Praetorii Praefectum, ob amicitiam Caecinae, vinciri *jubet, substituto in locum ejus Alpheno Varo.*

37. *Mox Senatum, composita in magnificentiam oratione, adlocutus, exquisitis Patrum adulationibus adtollitur. Initium atrocis in Caecinam sententiae a L. Vitellio factum. Dein ceteri, composita indignatione*, quod Consul Rempublicam, Dux Imperatorem, tantis opibus, tot honoribus cumulatus, amicum prodidisset, *velut pro Vitellio conquerentes, suum dolorem proferebant. Nulla in oratione cujusquam erga Flavianos Duces obtrectatio.* Errorem imprudentiamque exercituum *culpantes, Vespasiani nomen suspensi et vitabundi circumibant. Nec defuit, qui unum Consulatus diem (is enim in locum Caecinae supererat) magno cum inrisu tribuentis accipientisque, eblandiretur. Pridie Kal. Novembris, Rossius Regulus iniit, ejuravitque. Adnotabant periti*, numquam antea, non abrogato magistratu, neque lege lata, alium suffectum. *Nam Consul uno die et ante fuerat Caninius Rebilus, C. Caesare Dictatore, cum belli civilis praemia festinarentur.*

38. *Nota per eos dies Junii Blaesi mors*, *et*

molto poi con doglia mista di gioja intese *ribellatosi, e dall' esercito imprigionato, Cecina*. Nel cuor vigliacco potè più l'allegrezza che l'afflizione. Tornato con grande esultanza in Roma, in piena assemblea magnifica *la pietà de' soldati*. Impone *che s' imprigioni P. Sabino prefetto de' Pretoriani per l' amistà di Cecina*, sostituendogli Alfeno Varo.

37. Indi in Senato, con orazione pomposamente composta parlamentando, esaltasi con esquisite adulazioni da' Padri. Lucio Vitellio propose il primo contro Cecina sentenza atroce: poi gli altri con affettata iracondia, *che un Console la repubblica, un capitano l' imperadore, uno di tante ricchezze, di tanti onori ricolmo, l' amico tradito avesse*, come affliggendosi per Vitellio, il lor cordoglio esprimevano. In niuna arringa uscì parola maligna de' capitani Flaviani. *L' errore e l' imprudenza* incolpavano *degli eserciti*: con ambigue ed aggirate parole ombreggiavano il nome di Vespasiano. Non mancò chi 'l sol giorno del consolato, che di Cecina avanzava, con gran dileggio di chi prendevalo e di chi davalo, con adulazioni accattasse. L' ultimo giorno d' ottobre lo assunse e lo lasciò Rossio Regolo. I periti osservavano *che senza rinunzia e legge, che il possessor ne privasse, mai non fu consolo surrogato*. Poichè fu pure un sol giorno console Caninio Rebilo, ma nella dittatura di Cajo Cesare, quando i premj di civil guerra affrettavansi.

38. Molto in que' giorni romoreggiò la morte di

famosa fuit; de qua sic accepimus. Gravi corporis morbo aeger Vitellius, Servilianis hortis, turrim vicino sitam conlucere, per noctem, crebris luminibus animadvertit. Sciscitanti caussam, apud Caecinam Tuscum epulari multos, praecipuum honore Junium Blaesum, *nuntiatur. Cetera in majus, de* adparatu, et solutis in lasciviam animis. *Nec defuere, qui ipsum Tuscum et alios, sed criminosius Blaesum, incusarent*, quod, aegro Principe, laetos dies ageret. *Ubi asperatum Vitellium, et posse Blaesum perverti, satis patuit iis, qui Principum offensas acriter speculantur, datae L. Vitellio delationis partes. Ille infensus Blaeso aemulatione prava, quod eum, omni dedecore maculosum, egregia fama anteibat, cubiculum Imperatoris reserat, filium ejus sinu complexus, et genibus accidens, caussam confusionis quaerenti*, non se proprio metu, nec sui anxium, sed pro liberis fratris, preces lacrymasque adtulisse. Frustra Vespasianum timeri, quem tot Germanicae legiones, tot provinciae virtute ac fide, tantum denique terrarum ac maris immensis spatiis, arceat. In urbe ac sinu cavendum hostem, Junios Antoniosque avos jactantem, qui se stirpe Imperatoria, comem ac magnificum militibus, ostentet. Versas illuc omnium mentes, dum Vitellius, amicorum inimicorumque negligens, fovet aemulum, Principis labores e convivio prospectantem. Reddendam pro intempestiva laetitia moestam et funebrem noctem, qua sciat et sentiat, vivere Vitellium, et imperare, et, si quid fato accidat, filium habere.

Giunio Bleso, la qual si conta così. Infermato gravemente Vitellio, di notte vide nel giardin de'Servilj una torre vicina splendere di *molte faci. Chiestone la cagione, seppe che presso Cornelio Tosco da molti si banchettava, e sopra tutti onoravasi Giunio Bleso*. Tutto si esagerò, *l'apparecchio ed il lascivo tripudio de' banchettanti.* Nè mancò chi lo stesso Tosco e gli altri, ma più fieramente Bleso vituperasse, *perchè trescassero, infermo il Principe*. Appena conobber quelli, che intimamente spiano i disgusti de'Principi, che Vitellio n'era inflammato, e potevasi rovinar Bleso, dassene a Lucio Vitellio il carico d'accusarlo. Questi, nemico a Bleso per gelosìa d'esserne, lordo d'ogni vergogna, in onore e in credito superato, apre la stanza del Principe, strettone al seno il figliuolo, e a'suoi ginocchi prostrandosi, chiesto *onde tale sbigottimento? non per me tremo*, disse, *non per me palpito; ma pel fratello, pe' figli tuoi preghiere e lagrime spargo. Indarno temesi Vespasiano, respinto da tante spade germaniche, da tante fide e valorose provincie, da tanta terra infine e da tanto mare. In Roma, in seno, tal v' ha nemico, che vanta gli avoli Giunj e gli Antonj, che d' imperial famiglia, dolce a' soldati e magnifico si dimostra. Là tutti gli animi volgonsi, mentre Vitellio, senza discernere nemici e amici, fomenta un emolo, che dalla mensa mira gli affanni del Principe. Paghi con notte dogliosa e funebre l'intempestiva allegrezza, ond'egli sappia e s' avvegga, che vive e regna Vitellio, ed, altro pur che ne avvenga, ne resta il figlio.*

39. *Trepidanti inter scelus metumque, ne dilata Blaesi mors maturam perniciem, palam jussa atrocem invidiam, ferret, placuit veneno grassari. Addidit facinori fidem nobili gaudio, Blaesum visendo. Quin et audita est saevissima Vitellii vox, qua se (ipsa enim verba referam)* pavisse oculos, spectata inimici morte, *jactavit. Blaeso, super claritatem natalium et elegantiam morum, fidei obstinatio fuit. Integris quoque rebus, a Caecina et primoribus partium, jam Vitellium adspernantibus, ambitus, abnuere perseveravit: sanctus, inturbidus, nullius repentini honoris, adeo non principatus adpetens, ut parum effugerat, ne dignus crederetur.*

40. *Fabius interim Valens, multo ac molli concubinarum spadonumque agmine, segnius quam ad bellum incedens,* proditam a Lucilio Basso Ravennatem classem, *pernicibus nuntiis accepit. Et, si coeptum iter properasset, nutantem Caecinam praevenire, aut, ante discrimen pugnae, adsequi legiones potuisset. Nec deerant, qui monerent,* ut cum fidissimis per occultos tramites, vitata Ravenna, Hostiliam Cremonamve pergeret. *Aliis placebat,* accitis ex urbe praetoriis cohortibus valida manu perrumpere. *Ipse, inutili cunctatione, agendi tempora consultando consumpsit: mox utrumque consilium adspernatus, quod inter ancipitia deterrimum est, dum media sequitur, nec ausus est satis, nec providit.*

41. *Missis ad Vitellium literis,* auxilium *po-*

39. Tra la paura e la scelleraggine palpitando, che pronta rovina non gli apportasse la morte differita di Bleso, odio atroce ordinata palesemente, s'avvisò spegnerlo di veleno. Accrebbe fede al misfatto, visitando con palese allegrezza Bleso; anzi suonò di Vitellio un atrocissimo detto, onde vantossi (chè le parole medesime riferirò) *di avere pasciuto gli occhi con la morte del suo nemico*. Fu in Bleso, oltre alla nobiltà della stirpe, ed alla leggiadrìa de' costumi, fede inflessibile. Essendo ancora Vitellio in fiore, ma da Cecina e da' capi della fazione già disprezzato, indurò fermo contro le loro lusinghe; buono, tranquillo: di niun prematuro onore, talmente nulla del principato, ingordo, che mancò poco che degno se ne credesse.

40. Fabio Valente intanto con grande e voluttuoso treno di concubine e d' eunuchi, marciando più lentamente che a guerra deesi, ebbe veloce avviso *che avea Lucilio Basso la flotta di Ravenna tradita*. Che se affrettava il cammino, o guadagnar potea Cecina ondeggiante, o le legioni raggiugner, prima di cimentarsi a combattere. Ed ebbe chi l'avvertì *di schivar Ravenna, e per occulte vie co' più fidi girne ad Ostilia o a Cremona*. Piaceva ad altri *chiamare i pretoriani da Roma, e aprirsi il varco coll' armi*. Egli con vana irresolutezza perdette il tempo di operare in consigli. Poi rifiutati entramb' i pareri, mentre s' attiene alla via di mezzo, ch'è la peggior ne' pericoli, non ardì, nè provvide bastantemente.

41. Scrive per ajuto a Vitellio. Vennero tre

stulat. Venere tres cohortes, cum ala Britannica, neque ad fallendum aptus numerus, neque ad penetrandum. Sed Valens ne in tanto discrimine quidem infamia caruit, quo minus rapere illicitas voluptates, adulteriisque ac stupris polluere hospitum domus, crederetur. Aderant vis, et pecunia, et ruentis fortunae novissima libido. Adventu demum peditum equitumque pravitas consilii patuit, quia nec vadere per hostes tam parva manu poterat, etiam si fidissima foret, nec integram fidem adtulerant. Pudor tamen, et praesentis Ducis reverentia morabatur, haud diuturna vincula apud avidos periculorum, et dedecoris securos. Eo metu, et paucis, quos adversa non mutaverant, comitantibus, cohortes Ariminum praemittit: alam tueri terga *jubet: ipse flexit in Umbriam, atque inde in Etruriam: ubi cognito pugnae Cremonensis eventu, non ignavum, et, si provenisset, atrox consilium iniit, ut, adreptis navibus, in quamcumque partem Narbonensis provinciae egressus, Gallias, et exercitus, et Germaniae gentes, novumque bellum cieret.*

42. *Digresso Valente, trepidos, qui Ariminum tenebant, Cornelius Fuscus, admoto exercitu, et missis per proxima litorum Liburnicis, terra marique circumvenit. Occupantur plana Umbriae, et qua Picenus ager Adria adluitur. Omnisque Italia, inter Vespasianum ac Vitellium, Apennini jugis dividebatur. Fabius Valens, e sinu Pisano, saevitia maris, haud adversante vento, Portum Herculis Monoeci de-*

coorti con la cavalleria britannica, forza non atta a nascondersi, nè a penetrare. Ma Valente, neppure in tanto periglio astennesi dall'infamia: s'immerse in ogni piacere illecito, e di adulterj e di stupri lordò le case ospitali: aveva forza, e danaro, e la spirante libidine di rovinosa fortuna. L'arrivo in fine de' cavalli e de' fanti chiarì la malvagità del consiglio; perchè nè con sì tenue forza poteasi rompere tra' nemici, quantunque pur fedelissima; nè salda fede animavala. Pure il rossore e la riverenza del capitano presente la conteneva: legami deboli per chi pericoli agogna, nè sente più l'ignominia. Per tal sospetto, e seguitandolo pochi dalle avversità non corrotti, manda a Rimini le coorti; lascia i cavalli a guardar le spalle: egli piegò nell'Umbria, e quindi in Etruria, ove, saputo l'esito della battaglia a Cremona, formò disegno non vile, e, se gli riusciva, terribile, di sorprender le navi, e in qualunque parte della Narbonese sbarcando, le Gallie, e gli eserciti, e i pòpoli di Germania, e nuova guerra infiàmmare.

42. Partito Valente, Cornelio Fosco, appressato l'esercito, ed avanzate a' vicini lidi le navi, strinse per terra e per mare que' che tremanti tenevan Rimini. S' invadono le pianure dell' Umbria, e quanto Piceno bagnasi dall' Adriatico; e tutta Italia tra Vespasiano e Vitellio dagli Appenini partivasi. Fabio Valente dal golfo di Pisa fu dalla furia del mare, [3] non contrariandolo il vento, balzato al porto di Monaco. Era di lì non lontano Mario

pellitur. Haud procul inde agebat Marius Maturus, Alpium maritimarum Procurator, fidus Vitellio, cujus sacramentum, cunctis circa hostilibus, nondum exuerat. Is Valentem comiter exceptum, ne Galliam Narbonensem temere ingrederetur, *monendo terruit: simul ceterorum fides metu infracta. Nam circumjectas civitates Procurator Valerius Paullinus, strenuus militiae, et Vespasiano ante fortunam amicus, in verba ejus adegerat.*

43. *Concitisque omnibus, qui exauctorati a Vitellio bellum sponte sumebant, Forojuliensem coloniam, claustraque maris praesidio tuebatur: eo gravior auctor, quod Paullino patria Forum Julii, et honos apud praetorianos, quorum quondam Tribunus fuerat. Ipsique pagani, favore municipali, et futurae potentiae spe, juvare partes adnitebantur. Quae ubi paratu firma, et aucta rumore, apud varios Vitellianorum animos increbuere, Fabius Valens cum quatuor speculatoribus, et tribus amicis, totidem Centurionibus ad naves regreditur: Maturo, ceterisque remanere, et in verba Vespasiani adigi, volentibus fuit. Ceterum ut mare tutius Valenti, quam litora, aut urbes; ita futuri ambiguus, et magis, quid vitaret, quam cui fideret, certus, adversa tempestate Stoechadas, Massiliensium insulas, adfertur. Ibi eum missae a Paullino Liburnicae oppressere.*

44. *Capto Valente, cuncta ad victoris opes conversa, initio per Hispaniam a prima adjutrice legione orto, quae memoria Othonis infensa*

Maturo, procurator dell'Alpi marittime; fido a Vitellio, al cui giuramento, quantunque in mezzo a'nemici, non ancor avea rinunziato. Accolto egli Valente amorevolmente, lo impaurì consigliandolo *a non entrar nella Gallia imprudentemente:* l'altrui fede ancora per la paura crollava. Poichè Valente Paolino procuratore, guerriero esperto, e avanti la sua fortuna amico di Vespasiano, aveagli già sottomessa ogni vicina città.

43. E sollevati quanti dimessi già da Vitellio prendeano l'armi spontaneamente, teneva guardato Frejo ed ogni passo di mare. Vi grandeggiava l'autorità di Paolino per esser egli di Frejo, ed onorato da pretoriani, de'quali era già stato tribuno. E i paesani stessi per affezion cittadina, e per la speranza di futura grandezza sforzavansi ad ajutarne la parte. Appena tale apparecchio, poderoso già per sè stesso, e dalla fama ingrandito, romoreggiò nelle menti variabili de'Vitelliani, Fabio Valente con quattro specolatori, tre amici, e centurioni altrettanti torna alle navi: lasciando Maturo e gli altri in libertà di restare, o di sottomettersi a Vespasiano. Ma siccome era Valente più sicuro per mare, che per le spiagge e città; così tremante dell'avvenire, e più certo di che dovesse fuggire, che in cui fidare; fu da nemica tempesta spinto alle Stecadi, isole di Marsiglia: quivi le navi mandate da Paolino l'oppressero.

44. Preso Valente, tutto s'arrese alla forza del vincitore, incominciando la Spagna mossa dalla prima legione ajutrice, la qual, nemica a Vitellio per

Vitellio, decimam quoque ac sextam traxit. Nec Galliae cunctabantur. Et Britanniam inclytus erga Vespasianum favor, quod illic secundae legioni a Claudio praepositus et bello clarus egerat, non sine motu adjunxit ceterarum, in quibus plerique Centuriones ac milites a Vitellio provecti, expertum jam principem anxii mutabant.

45. *Ea discordia, et crebris belli civilis rumoribus, Britanni sustulere animos, auctore Venatio: qui, super insitam ferociam, et Romani nominis odium, propriis in Cartismanduam reginam stimulis accendebatur. Cartismandua Brigantibus imperitabat, pollens nobilitate: et auxerat potentiam, postquam, capto per dolum rege Caractaco, instruxisse triumphum Claudii Caesaris videbatur. Inde opes, et rerum secundarum luxus. Spreto Venutio (is fuit maritus) armigerum ejus, Vellocatum, in matrimonium regnumque accepit. Concussa statim flagitio domus: pro marito studia civitatis; pro adultero libido Reginae, et saevitia. Igitur Venutius accitis auxiliis, simul ipsorum Brigantum defectione, in extremum discrimen Cartismanduam adduxit. Tum petita a Romanis praesidia. Et cohortes alaeque nostrae, variis praeliis, exemere tamen periculo Reginam. Regnum Venutio, bellum nobis relictum.*

46. *Turbata per eosdem dies Germania, et socordia Ducum, et seditione legionum. Externa vi, et perfidia sociali, prope adflicta Romana res. Id bellum cum caussis et eventibus (etenim*

la memoria di Ottone, la sesta ancora e la decima strascinò. Nè vacillaron le Gallie. E l'affezione ardente per Vespasiano, perchè da Claudio v'ebbe il comando della legion seconda, e s'era in guerra distinto, gli guadagnò la Brettagna, non senza sdegno dell'altre, di cui molti centurioni e soldati, da Vitellio promossi, mal volentieri mutavan principe già conosciuto.

45. Per tal discordia, e pe' frequenti romori di civil guerra, presero cuore i Britanni, fattosi capo Venuzio, cui, oltre la natural ferocia e l'odio al nome romano, contro Cartismandua regina privato sdegno accendeva. Costei, potente per nobiltà, signoreggiava i Briganti: ed in potenza crebbe, poichè, preso il re Carattaco per inganno, parve che segnalasse il trionfo di Claudio Cesare. Quindi acquistò forza, e l'orgoglio della felice fortuna. Ripudiato Venuzio, ch'erale già marito, chiamò alle nozze ed al regno il suo scudiere Vellòcato. Tale scelleratezza mise in tumulto la casa: era per il marito il favore della città; per l'adultero, la libidine e la fierezza della regina. Venuzio adunque, raccolti ajuti stranieri, e sostenuto da' ribellati Briganti, la trasse all'ultime strette. Allora invocò l'armi romane: e i nostri fanti e cavalli, benchè con vario combattere, pure la trassero di pericolo. Rimase il regno a Venuzio, la guerra a noi.

46. Nel tempo stesso s'intorbidò la Germania e per ignavia de' capitani, e per sedizion degli eserciti. La forza degli stranieri e la perfidia degli alleati poco mancò non atterrasser l'imperio. Tal guer-

longius provectum est) mox memorabimus. Mota et Dacorum gens, numquam fida, tunc sine metu, abducto e Moesia exercitu. Sed prima rerum quieti speculabantur: ubi flagrare Italiam bello, cuncta invicem hostilia, accepere, expugnatis cohortium alarumque hibernis, utraque Danubii ripa potiebantur. Jamque castra legionum excindere parabant, ni Mucianus sextam legionem opposuisset, Cremonensis victoriae gnarus, ac ne externa moles utrimque ingrueret, si Dacus Germanusque diversi inrupissent. Adfuit, ut saepe alias, Fortuna Populi Rom. quae Mucianum viresque Orientis illuc tulit: et quod Cremonae interim transegimus. Fontejus Agrippa ex Asia (Proconsul eam provinciam annuo imperio tenuerat) Moesiae praepositus est: additis copiis e Vitelliano exercitu, quem spargi per provincias, et externo bello inligari, pars consilii pacisque erat.

47. *Nec ceterae nationes silebant. Subita per Pontum arma barbarum mancipium, regiae quondam classis Praefectus, moverat. Is fuit Anicetus, Polemonis libertus, praepotens olim, et, postquam regnum in formam provinciae verterat, mutationis impatiens. Igitur Vitellii nomine adscitis gentibus, quae Pontum adcolunt, conrupto in spem rapinarum egentissimo quoque, haud temnendae manus ductor, Trapezuntem, vetustam Asiae civitatem, a Graecis, in extremo Ponticae orae conditam, subitus inrupit. Caesa ibi cohors, regium auxilium olim: mox donati civitate Romana, signa armaque in*

ra con le cagioni e i successi (perchè durò lungamente)or ora discorrerò. Sollevossi ancora la Dacia, non mai fedele, allora senza paura, tolta l'armata di Mesia. Ma contemplava i primi moti tranquilla: appena intese ardere Italia di guerra, tutto agitar la discordia, espugnato il campo de'cavalli e de'fanti, d'ambo le rive il Danubio signoreggiava. E già preparavasi a rovesciare i quartieri delle legioni, se Muciano non opponeva la legion sesta, della vittoria di Cremona avvisato, e per non essere d'ogni banda assalito, se quinci il Daco, quindi il Germano scoppiassero. Giovò, come pur altre volte, la fortuna di Roma, che spinse colà Muciano e l'armi d'Oriente, e perchè intanto a Cremona si trionfò. Fontejo Agrippa dall'Asia, che resse un anno con autorità di proconsolo, fu soprapposto alla Mesia, con truppe prese dall'esercito Vitelliano, le quali per aver pace era senno spargere per le provincie e occupare in guerre straniere.

47. Nè tacean l'altre nazioni. Un servo barbaro, prefetto già della regia flotta, mosse nel Ponto guerra improvvisa. Fu questi Aniceto, liberto di Polemone, già potentissimo, e, poichè il regno si ridusse a provincia, intollerante del cambiamento. A nome di Vitellio dunque raccolti i popoli presso al Ponto, corrotto con la speranza delle rapine ogni disperatissimo, capo di truppa non disprezzabile, assaltò subito Trebisonda, antica città dell'Asia, edificata da'Greci in su la foce del Ponto. Là trucidò una coorte di ajuti, già regia guardia; fatti poi cittadini romani, serbavan l'armi e l'insegne nostre, l'accidia e la licenza de'Greci. Mise anche fuoco

nostrum modum, desidiam licentiamque Graecorum, retinebant. Classi quoque faces intulit, vacuo mari eludens, quia lectissimas Liburnicarum, omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat. Quin barbari contemptius vagabantur, fabricatis repente navibus, quas cameras *vocant, arctis lateribus, lata alvo, sine vinculo aeris aut ferri connexa; et tumido mari, prout fluctus adtollitur, summa naviūm tabulis augent, donec in modum tecti claudantur. Sic inter undas volvuntur, pari utrimque prora, et mutabili remigio, quando hinc vel illinc adpellere indiscretum et innoxium est.*

48. *Advertit ea res Vespasiani animum, ut vexillarios e legionibus, Ducemque Virdium Geminum, spectatae militiae, deligeret. Ille incompositum, et praedae cupidine vagum hostem adortus, cogit in naves: effectisque raptim Liburnicis, adsequitur Anicetum in ostio fluminis Chobi, tutum sub Sedochi Lazorum Regis auxilio, quem pecunia donisque ad societatem perpulerat. Ac primo Rex minis armisque supplicem tueri: postquam merces proditionis, aut bellum ostendebatur, fluxa, ut est Barbaris, fide pactus Aniceti exitium, perfugas tradidit, belloque servili finis impositus. Laetum ea victoria Vespasianum, cunctis super vota fluentibus, Cremonensis praelii nuntius in Aegypto adsequitur. Eo properantius Alexandriam pergit, ut, fracto Vitellii exercitu, urbem quoque externae opis indigam fame urgeret. Namque et Africam, eodem latere sitam, terra marique*

alle navi, corseggiando il mar vuoto, perchè Muciano avea condotto il fior delle navi e tutti i soldati a Bisanzio. Che anzi i barbari con più dispetto scorrevano, costrutti a furia navigli, che chiaman *camere*, stretti ne'fianchi, larghi di ventre, senza giuntura di rame o ferro commessi: e gonfiando il mare, secondochè s'alzan l'onde, vi soprappongon tavole sinchè a guisa di tetto chiudonsi. Così tra'flutti si volgono, con prora da ciascun lato, e con variabil remeggio, qua e là potendo sicuramente e indistintamente approdare.

48. Mosse ciò Vespasiano a scegliere i vessillarj delle legioni, e commetterli a Virdio Gemino, guerriero esperto. Questi respinse alle navi il nemico disordinato, e vagante per avidità di predare; e con galee fabbricate in fretta raggiunge alla foce del fiume Cobo Aniceto, sicuro sotto l'ajuto del Re de'Lazi Sedocco, di cui con danaro e doni si procacciò l'alleanza. E il Re dapprima con le minacce e con l'armi il supplichevole proteggeva: ove premio del tradimento o guerra gli si mostrava, con fede, qual è ne'barbari, istabile, ne patteggiò la morte, e consegnò i fuggitivi, e il servil fuoco si spense. Lieto di tal vittoria, ed avvenendogli meglio che non bramava, ha Vespasiano in Egitto avviso della battaglia a Cremona. Tanto più ratto recasi ad Alessandria, per potere, abbattuto l'esercito di Vitellio, stringer di fame anche Roma, di esterno ajuto indigente. Poichè allestivasi ancora ad assaltar per mare e per terra l'Af-

invadere parabat, clausis annonae subsidiis, inopiam ac discordiam hosti facturus.

49. *Dum hac totius orbis mutatione fortuna Imperii transiit, Primus Antonius nequaquam pari innocentia post Cremonam agebat; satisfactum bello ratus et cetera ex facili, seu felicitas in tali ingenio avaritiam, superbiam, ceteraque occulta mala patefecit. Ut captam, Italiam persultare; ut suas, legiones colere; omnibus dictis factisque viam sibi ad potentiam struere; utque licentia militem imbueret, interfectorum Centurionum ordines legionibus offerebat. Eo suffragio turbidissimus quisque delecti. Nec miles in arbitrio Ducum, sed Duces militari violentia trahebantur. Quae seditiosa, et corrumpendae disciplinae, mox in praedam vertebat, nihil adventantem Mucianum veritus; quod exitiosius erat, quam Vespasianum sprevisse.*

50. *Ceterum propinqua hieme, et humentibus Pado campis, expeditum agmen incedere. Signa aquilaeque victricium legionum, milites vulneribus aut aetate graves, plerique etiam integri, Veronae relicti: sufficere cohortes alaeque, et e legionibus lecti, profligato jam bello, videbantur. Undecima legio sese adjunxerat, initio cunctata; sed, prosperis rebus, anxia, quod defuisset. Sex millia Dalmatarum, recens delectus, comitabantur. Ducebat Poppaeus Silvanus, Consularis: vis consiliorum penes Annium Bassum, legionis Legatum. Is Silvanum, socordem bello, et dies rerum verbis terentem,*

frica, posta alla stessa banda, e chiuse le vie de'viveri porre in disagio ed in discordia il nemico.

49. Mentre con tale rivolgimento di tutto il mondo la fortuna tramutasi dell'Imperio, Primo Antonio non con eguale innocenza dopo espugnata Cremona si diportava: pensando aver soddisfatto alla guerra, e agevole ogni altra cosa; o la felicità scoperse in quell'animo avarizia, orgoglio, ed altre occulte lordure. Straziava Italia, come sua preda; accarezzava, come sue, le legioni; ogni suo fatto e detto a far potenza aspirava; e per rendere licenzioso il soldato, i gradi de'centurioni uccisi alle legioni offeriva: con tal suffragio si scelsero tutti i più sediziosi; nè dipendeva il soldato da'capitani; ma i capitani dall'impeto de' soldati si strascinavano. Le quali cose tumultuose, e corruttrici della milizia, poi convertiva in rapina, senza temer di Muciano che s'appressava: lo che era più rovinoso, che disprezzar Vespasiano.

50. Ma soprastando il verno, ed inondati i piani del Po, marciò spedito l'esercito. Rimasero a Verona le insegne e l'aquile vincitrici, i soldati per le ferite o l'età languenti, e molti ancor sani: pareva che, sbaragliata la guerra, bastassero le coorti, i cavalli, e il fiore delle legioni. Vi si era aggiunta l'undecima, ch'avea da prima indugiato: ma dopo il felice incontro dogliosa di non esservi intervenuta. L'accompagnavano seimila Dalmati, testè trascelti. Conducevali Poppeo Silvano già console: ma di consiglio reggevali Annio Basso, legato d'una legione. Questi in apparenza d'ossequio governava Silvano, guerriero inetto, e che in

specie obsequii regebat, ad omniaque, quae agenda forent, quieta cum industria aderat. Ad has copias, e classicis Ravennatibus, legionariam militiam poscentibus, optimus quisque adsciti: classem Dalmatae supplevere. Exercitus Ducesque ad Fanum Fortunae iter sistunt, de summa rerum cunctantes, quod, motas ex Urbe praetorias cohortes, *audierant; et teneri praesidiis Apenninum rebantur: et ipsos, in regione bello adtrita, inopia et seditiosae militum voces terrebant,* Clavarium (*donativi nomen est*) *flagitantium. Nec pecuniam, aut frumentum providerant: et festinatio, atque aviditas praepediebant, dum, quae accipi poterant, rapiuntur.*

51. *Celeberrimos auctores habeo, tantam victoribus adversus fas nefasque inreverentiam fuisse, ut gregarius eques, occisum a se proxima acie fratrem professus, praemium a Ducibus petierit. Nec illis aut honorare eam caedem, jus hominum; aut ulcisci, ratio belli permittebat. Distulerant, tamquam majora meritum, quam quae statim exolverentur: nec quidquam ultra traditur. Ceterum et prioribus civium bellis par scelus inciderat. Nam praelio, quo apud Janiculum adversum Cinnam pugnatum est, Pompejanus miles fratrem suum, dein, cognito facinore, seipsum interfecit, ut Sisenna memorat. Tanto acrior apud majores, sicut virtutibus gloria, ita flagitiis poenitentia, fuit. Sed haec aliaque, ex veteri memoria petita, quotiens res locusque exempla recti, aut solatia mali, poscent, haud absurde memorabimus.*

parole i momenti utili consumava; e con quiete e destrezza in ogn' impresa si mescolava. A queste truppe i migliori di que' soldati s' ascrissero, che dalla flotta a Ravenna chiedean passare nelle legioni: la flotta fu rifornita da' Dalmati. Fermossi a Fano l' esercito, e i capitani ondeggiavano a qual partito appigliarsi, avendo inteso *già mossi i pretoriani da Roma*, e credendo *già chiusi i passi dell' Appennino:* ed in paese, lacero dalla guerra, gli spaventava il disagio e il sedizioso fremere de' soldati, che il donativo, detto *clavario*, esigevano. Nè provvisione avevano di danari e di grano: e la furia e l' avidità gl' impacciava, mentre quanto potea riceversi si rapiva.

51. Narrano autori celebratissimi, che tanta fu la licenza de' vincitori ad ogni scelleratezza, che un cavalier gregario, protestatosi d' aver ucciso il fratello nella battaglia, premio richiesene a' capitani. Nè consentiva ad essi ragione umana di onorar tale uccisione; nè di punirla ragion di guerra. Differirono come se meritasse più che in quel punto dare gli si poteva: ciò che seguisse, non contano. Peraltro in altra guerra civile avvenne eguale scelleratezza. Poichè nella battaglia al Gianicolo contro Cecina, un Pompejano un suo fratello ammazzò, poi, conosciuto il misfatto, sè stesso uccise, come racconta Sisenna. Tanto più viva fu negli antichi così la gloria per le virtù, come per l' onte il rimorso. Noi questi e simili fatti, tratti dall' antiche memorie, ove il subbietto e il luogo chieggano esempj al bene o ristori al male, opportunamente rammenteremo.

52. *Antonio*, *Ducibusque partium*, praemitti equites, omnemque Umbriam explorari, *placuit*, si qua Apennini juga clementius adirentur: acciri aquilas signaque, et quidquid Veronae militum foret: Padumque et mare, commeatibus compleri. *Erant inter Duces, qui necterent moras. Quippe nimius jam Antonius, et certiora ex Muciano sperabantur. Namque Mucianus, tam celeri victoria anxius, et, ni praesens urbe potiretur, expertem se belli gloriaeque ratus ad Primum et Varum media scriptitabat*, instandum coeptis, *aut rursus* cunctandi utilitates, *edisserens; atque ita compositus, ut ex eventu rerum adversa abnueret, vel prospera agnosceret. Plotium Griphum, nuper ab Vespasiano in Senatorium ordinem additum, ac legioni praepositum, ceterosque sibi fidos, apertius monuit. Iique omnes, de festinatione Primi ac Vari sinistre, et Muciano, volentia, rescripsere. Quibus epistolis Vespasiano missis, effecerat, ut non pro spe Antonii consilia factaque ejus aestimarentur.*

53. *Aegre id pati Antonius, et culpam in Mucianum conferre, cujus criminationibus eviluissent pericula sua. Nec sermonibus temperabat, immodicus lingua, et obsequii insolens. Literas ad Vespasianum composuit, jactantius quam ad Principem, nec sine occulta in Mucianum insectatione;* se Pannonias legiones in arma egisse: suis stimulis excitos Moesiae Duces: sua constantia perruptas Alpes, occupatam Italiam, intersepta Germanorum Rhaetorumque auxilia.

52. Piacque ad Antonio ed agli altri capi *spedir cavalli per tutta l' Umbria a spiare ove potesse più agevolmente l' Appennino varcarsi; chiamare le insegne e l'aquile e quante erano forze in Verona; caricare il Po ed il mare di viveri*. V' era tra' capi chi amava temporeggiare; perchè già loro pesava Antonio, e miglior premio speravasi da Muciano. Poichè Muciano, affannoso per la precipitata vittoria, ed avvisando, s'egli non fosse ad occupar Roma, non aver parte nè nella guerra, nè nella gloria, non cessava di scrivere ambiguamente a Primo ed a Varo ora *doversi spronar l' impresa*, ora *doversi indugiare*: e sempre in modo, che, qual ne fosse l'evento, i successi a lui, si attribuissero agli altri le avversità. Più chiaro scrissene a Plozio Grifo, dianzi posto da Vespasiano nell' ordine senatorio e al governo d' una legione, e ad altri suoi confidenti. E tutti questi risposero, biasimando la celerità di Primo e di Varo, come bramava Muciano. Con le quali lettere a Vespasiano operarono, che i consigli e' fatti d' Antonio non a seconda de' voti suoi s' apprezzassero.

53. Ciò lacerava Antonio, e ne incolpava Muciano, pel cui livore i suoi travagli invilissero: ne mormorava altamente, fiero di lingua, e non usato a piegarsi. A Vespasiano scrisse con più alterigia che a principe, nè senza mordere obliquamente Muciano: *ch' ei spinse all' armi le legioni pannoniche; ch' egli fu sprone a' capitani di Mesia; che il valor suo sforzò l' Alpi, occupò l' Italia, arrestò le forze di Germania e di Rezia. Che col turbine de' cavalli, poi col vigore*

Quod discordes dispersasque Vitellii legiones equestri procella, mox peditum vi, per diem noctemque, fudisset, id pulcherrimum, et sui operis. Casum Cremonae bello imputandum: majore damno, plurium urbium excidiis, veteres civium discordias Reipublicae stetisse. Non se nuntiis, neque epistolis, sed manu et armis Imperatori suo militare. Neque officere gloriae eorum, qui Asiam interim composuerint. Illis Moesiae pacem, sibi salutem securitatemque Italiae, cordi fuisse. Suis exhortationibus Gallias Hispaniasque, validissimam terrarum partem, ad Vespasianum conversas. Sed cecidisse in inritum labores, si praemia periculorum soli adsequantur, qui periculis non adfuerint. *Nec fefellere ea Mucianum. Inde graves simultates: quas Antonius simplicius, Mucianus callide, eoque implacabilius nutriebat.*

54. *At Vitellius, fractis apud Cremonam rebus, nuntios cladis occultans, stulta dissimulatione, remedia potius malorum, quam mala, differebat. Quippe confitenti consultantique supererant spes viresque: cum e contrario laeta omnia fingeret, falsis ingravescebat. Mirum apud ipsum de bello silentium: prohibiti per civitatem sermones, eoque plures; ac, si liceret, vera narraturi, quia vetabantur, atrociora vulgaverant. Nec Duces hostium augendae famae deerant, captos Vitellii exploratores, circumductosque, ut robora victoris exercitus noscerent, remittendo: quos omnes Vitellius secreto percunctatus, interfici jussit. Notabili constantia Centurio,*

de' fanti le discordanti e sparse legioni de' Vitelliani in un giorno ed in una notte si sbaragliassero, fu bella impresa, e pur sua. Doversi il caso di Cremona alla guerra. Maggiori strazj, rovine di più città, le antiche discordie de' cittadini costarono alla Repubblica. Lui, non con lettere nè con messaggi, ma con la mano e con l'armi pel suo imperadore combattere: nè oscurar la gloria di quelli, che intanto han l'Asia composta: quelli la pace di Mesia, egli curò la salute e sicurezza d' Italia. Pe' suoi conforti le Gallie e Spagne, parte del mondo poderosissima, a Vespasiano voltaronsi. Ma tutte vane fatiche, se i premj s' abbiano de' pericoli soltanto que' ch' a' pericoli non intervennero. Niuna celossi di queste cose a Muciano: indi feroci rivalità, che Antonio scopertamente, astutamente Muciano, e perciò più implacabilmente, nutriva.

54. Ma Vitellio, occultando l' atroce rotta a Cremona, con stolta dissimulazione indugiava anzi i rimedj, che i mali. Poichè, confessandola e consultandone, speranze e forze gli rimanevano: ove al contrario, fingendo prosperità, nelle sciagure aggravavasi. Guardavasi di parlare nella sua corte di guerra: vietossi, e perciò cresceva il discorrerne per la città; e quelli che, permettendosi, avrebbon narrato il vero, perchè vietavasi, atrocità maggiori ne divulgarono. Nè mancavano i capitani nemici di aumentarne il romore, prendendo e poi rilasciando, dopo mostrate loro le forze del vincitore esercito, le spie di Vitellio, le quali tutte, esaminate segretamente, s' uccisero. Il centurion

Julius Agrestis, post multos sermones, quibus Vitellium ad virtutem frustra accendebat, perpulit, ut ad vires hostium spectandas, quaeque apud Cremonam acta forent, ipse mitteretur. Nec exploratione occulta fallere Antonium tentavit, sed, mandata Imperatoris, suumque animum *professus*, ut cuncta viseret, *postulat. Missi, qui locum praelii, Cremonae vestigia, captas legiones ostenderent. Agrestis ad Vitellium remeavit, abnuentique* vera esse, quae referret, *atque ultro* corruptum *arguenti;* quandoquidem, *inquit*, magno documento opus est, nec alius jam tibi aut vitae, aut mortis meae usus, dabo, cui credas. *Atque ita digressus, voluntaria morte dicta firmavit. Quidam* jussu Vitellii interfectum, *de* fide constantiaque *eadem tradidere.*

55. *Vitellius, ut e somno excitus*, Julium Priscum et Alphenum Varum, cum XIIII praetoriis cohortibus et omnibus equitum alis obsidere Apenninum *jubet. Secuta e classicis legio. Tot millia armatorum, lecta equis virisque, si alius Dux foret, inferendo quoque bello satis pollebant. Ceterae cohortes ad tuendam urbem L. Vitellio fratri datae. Ipse nihil e solito luxu remittens, et diffidentia properus, festinare comitia, quibus Consules in multos annos destinabat: foedera sociis, Latium externis, dilargiri: his tributa dimittere; alios immunitatibus juvare: denique, nulla in posterum cura, lacerare Imperium. Sed vulgus ad magnitudinem beneficiorum aderat: stultissimus quisque pecuniis mercabatur: apud sapientes cassa habebantur,*

Giulio Agreste con segnalata costanza, poichè parlò molto e invano per infiammarlo a valore, spinse Vitellio a mandarlo ad avverar le forze nemiche e quanto avvenne a Cremona. Nè tentò, quale occulta spia, di schernire Antonio: palesatogli l'ordine di Vitellio ed il suo disegno, domanda *di osservar tutto*. Mandossi chi ad esso il luogo della battaglia, le ceneri di Cremona, le legioni prese mostrasse. Tornossi Agreste a Vitellio, il qual negando *esser vero quanto esponeva*, anzi *corrotto* rimproverandolo, *poichè* disse, *gran prova chiedi, nè ad altro mia vita o morte più giova, tale, a cui credermi, la ti darò:* e partitosi confermò con volontaria morte l'esposto. Alcuni, *che fosse ucciso per ordine di Vitellio*, della *sua fede e costanza* il medesimo, raccontarono.

55. Vitellio, come riscosso dal sonno, ordina a Giulio Prisco e ad Alfeno Varo di chiudere con quattordici compagnie pretoriane e con tutta la cavalleria l'Appennino. Li seguitò la legione sceltasi dell'armata. Tante migliaja di scelti fanti e cavalli sott'altro capo valevan anche ad apportar guerra. L'altre coorti dieronsi al fratel Lucio Vitellio, per guardia della città. Egli, senza scemare l'usato lusso, e frettoloso per diffidenza, accelerava i Comizj, ne' quali per molti anni i consoli destinava; a' tributarj alleanze, agli estranei la lazial dignità profondeva: questi sgravava d'imposte, altri con immunità ristorava: scialacquava in somma, nulla brigandosi dell'avvenire, l'imperio. Ma il volgo alla grandezza de' benefizj accorreva; i più stolti a danari li comperavano; da' savj nullo estimavasi

quae neque dari, neque accipi, salva Republica, poterant. Tandem flagitante exercitu, qui Mevaniam insederat, magno Senatorum agmine, quorum multos ambitione, plures formidine trahebat, in castra venit, incertus animi, et infidis consiliis obnoxius.

56. *Concionanti (prodigiosum dictu) tantum foedarum volucrum supervolitavit, ut nube atra diem obtenderet. Accessit dirum omen, profugus altaribus taurus, disjecto sacrificii adparatu, longe, nec ubi feriri hostias mos est, confossus. Sed praecipuum ipse Vitellius ostentum erat, ignarus militiae, improvidus consilii,* quis ordo agminis, quae cura explorandi, quantus urgendo trahendove bello modus, *alios rogitans, et ad omnes nuntios, vultu quoque et incessu, trepidus; dein temulentus. Postremo taedio castrorum, et, audita defectione Misenensis classis, Romam revertit, recentissimum quodque vulnus pavens, summi discriminis incuriosus. Nam, cum transgredi Apenninum, integro exercitus sui robore, et fessos hieme atque inopia hostes adgredi, in aperto foret; dum dispergit vires, acerrimum militem, et usque in extrema obstinatum, trucidandum capiendumque tradidit, peritissimis Centurionum dissentientibus, et, si consulerentur, vera dicturis. Arcuere eos intimi amicorum Vitellii, ita formatis Principis auribus, ut aspere, quae utilia, nec quidquam, nisi jucundum et laesurum, acciperet.*

57. *Sed classem Misenensem (tantum civilibus discordiis etiam singulorum audacia valet)*

quanto nè dare nè prendere si poteva senza ruina della repubblica. Alle istanze alfin dell' esercito, che campeggiava Bevagna, con gran numero di Senatori, molti de' quali per ambizione, i più per paura dietro si strascinava, recossi al campo, non sapendo che farsi, ed esposto ad insidiosi consigli.

56. Parlamentando (prodigio a dirsi) tal nembo di sozzi uccelli sul capo gli svolazzò, che ottenebrarono il giorno. S' unì ferale presagio, un toro fuggitosi dagli altari, scompigliata la pompa del sagrifizio, e lungi, nè dove soglionsi scannar le vittime, ucciso. Ma il peggior mostro era Vitellio stesso, non pratico di milizia, inabile a provvedere, chiedendo ad altri *come ordinare l' esercito*, *usare gli esploratori*, *spronare o temporeggiare la guerra;* pallido ad ogni avviso e convulso, e finalmente briaco. Nojato alfine del campo, e udito l' armata pur ribellatasi di Miseno, tornasi a Roma, temendo d' ogni nuova percossa, nulla pensando all' ultimo crollo. Poichè potendo oltrepassar l' Appennino, ed assaltare con tutto il nervo delle sue forze i nemici, di freddo e fame languenti, qua e là spargendoli espose alle catene o al macello soldati valorosissimi e fermi sino alla morte, contraddicendo i centurioni più esperti, e pronti a dire, se consultati si fossero, la verità. Gli respinsero gli amici intimi di Vitellio, avendo il Principe tali orecchie, che si nojavan degli utili, nè gradivano che avvisi lieti e nocevoli.

57. Ma Claudio Faventino centurione (tanto nelle civili discordie può ancor l'audacia d' un so-

Claudius Faventinus, Centurio, per ignominiam a Galba dimissus, ad defectionem traxit, fictis Vespasiani epistolis pretium proditionis ostentans. Praeerat classi Claudius Apollinaris, neque fidei constans, neque strenuus in perfidia: et Apinius Tiro, praetura functus, ac tum forte Minturnis agens, ducem se defectoribus obtulit. A quibus municipia coloniaeque impulsae, praecipuo Puteolanorum in Vespasianum studio, contra Capua Vitellio fida, municipalem aemulationem bellis civilibus miscebant. Vitellius Claudium Julianum (is nuper classem Misenensem molli imperio rexerat) permulcendis militum animis delegit. Data in auxilium urbana cohors, et gladiatores, quibus Julianus praeerat. Ut conlata utrimque castra, haud magna cunctatione Juliano in partes Vespasiani transgresso, Tarracinam occupavere, moenibus situque magis, quam ipsorum ingenio tutam.

58. *Quae ubi Vitellio cognita, parte copiarum Narniae cum Praefectis Praetorii relicta, L. Vitellium fratrem, cum sex cohortibus et quingentis equitibus ingruenti per Campaniam bello opposuit. Ipse aeger animi, studiis militum et clamoribus populi, arma poscentis, refovebatur: dum vulgus ignavum, et nihil ultra verba ausurum, falsa specie* exercitum et legiones *adpellat. Hortantibus libertis (nam amicorum ejus quanto quis clarior, minus fidus)* vocari tribus *jubet: dantes nomina sacramento adigit. Superfluente multitudine, curam delectus in Consules partitur. Servorum numerum et*

lo) deposto obbrobriosamente da Galba, trasse l'armata Misena ad ammutinarsi, mostrando con finte lettere di Vespasiano il premio del tradimento. Erane Claudio Apollinare ammiraglio, nè di salda fede, nè di animosa perfidia; ed Apinio Tirone, di già pretore, trovandosi per caso allora a Minturno, s'offerse capo a'ribelli, da'quali spinti e municipj e colonie, segnalandosi per Vespasiano Pozzuolo, Capua ostinandosi per Vitellio, meschiavano le terrazzane rivalità con le civili discordie. Vitellio scelse Claudio Giuliano (governò costui poco prima piacevolmente l'armata) per calmar gli animi de' soldati, datogli una coorte urbana in ajuto, e i gladiatori da esso lui comandati. Appena si riscontraron gli eserciti, dichiaratosi speditamente Giuliano per Vespasiano, occuparono Terracina, guardata più dalle mura e dal sito, che dalla loro accortezza.

58. Vitellio, chiarito ciò, lasciata in Narni parte delle sue forze co'capi de'pretoriani, oppose il fratel Lucio Vitellio con sei coorti e cinquecento cavalli alla guerra, che di Campania sorgeva. Egli, abbattuto d'animo, si rincorava dell'affezion de'soldati e delle grida del popolo, che dava all'arme, *esercito e legioni* appellando una vil ciurma, e fiera sol di parole. Confortatovi da' liberti (ch'eran gli amici, quanto più chiari, men fidi) fa congregar le tribù, stringe quanti si scrivono al giuramento. Soprabbondandone il numero, parte la scelta fra' Consoli. Tassa i Senatori in tanti schiavi ed argento. I Cavalieri Romani danaro e mano offe-

pondus argenti Senatoribus indicit. Equites Romani obtulere operam pecuniasque, *etiam libertinis idem munus ultra flagitantibus. Ea simulatio officii, a metu profecta, verterat in favorem. Et plerique haud perinde Vitellium, quam casum locumque Principatus, miserabantur. Nec deerat ipse vultu, voce, lacrymis, misericordiam elicere, largus promissis, et, quae natura trepidantium est, immodicus. Quin et* Caesarem *se dici voluit, adspernatus antea: sed tunc, superstitione nominis, et quia in metu consilia prudentium et vulgi rumor juxta audiuntur. Ceterum, ut omnia inconsulti impetus coepta, initiis valida, spatio languescunt, dilabi paullatim Senatores Equitesque, primo cunctanter, et, ubi ipse non aderat, mox contemptim, et sine discrimine; donec Vitellius pudore inriti conatus, quae non dabantur, remisit.*

59. *Ut terrorem Italiae possessa Mevania, ac velut renatum ex integro bellum, intulerat; ita haud dubium erga Flavianas partes studium tam pavidus Vitellii discessus addidit. Erectus Samnis, Pelignusque, et Marsi, aemulatione, quod Campania praevenisset, ut in novo obsequio, ad cuncta belli munia acres erant. Sed foeda hieme, per transitum Apennini conflictatus exercitus, et vix quieto agmine nives eluctantibus, patuit, quantum discriminis adeundum foret, ni Vitellium retro Fortuna vertisset: quae Flavianis ducibus non minus saepe, quam ratio adfuit. Obvium illic Petilium Cerialem habuere, agresti cultu et notitia locorum*

rirono; chiedendo spontaneamente tal carico anche i liberti. Tale simulazione d'ossequio, mossa dalla paura, in affezione si volse. E i più non tanto Vitellio, quanto la sorte e lo stato del principato commiseravano: nè mancava egli col viso, con la voce, col pianto di muovere compassione, largo in promesse e, com'è proprio de' trepidanti, eccessivo. Anzi esser volle chiamato *Cesare*, che prìa ricusò; ma per augurio allora del nome, e perchè nel timore egualmente ascoltansi i consigli de' savj ed i romori del volgo. Peraltro, come ogn'impresa da cieco impeto mossa ferve in principio, illanguidisce col tempo, a poco a poco i senatori ed i cavalieri sottraggonsi, prima tremando, e da lui non visti, poi franchi e senza rispetto; sinchè Vitellio, per fuggir l'onta d'un tentativo infelice, ciò che non davasi rilasciò.

59. Come Bevagna presa, quasi più fiera si raccendesse la guerra, Italia tutta atterrì; così la partenza timida di Vitellio palese favore accrebbe alla parte Flavia. Sollevatisi il Sannita e il Peligno e i Marsi, per gelosìa che i Campani li prevenissero [5], erano, come in nuovo servaggio, ad ogni guerriero uffizio prontissimi. Ma l'esercito nel varcar l'Appennino da crudel verno fu travagliato: e potendo appena romper le nevi in tranquilla ordinanza, conobbesi quanto rischio era per correre, se la fortuna non rivolgeva indietro Vitellio, la quale non men che il senno favorì spesso i Flaviani. Là riscontraron Petilio Ceriale, per la perizia de' luoghi in abito villereccio alle guardie involatosi di

custodias Vitellii elapsum. Propinqua adfinitas Ceriali cum Vespasiano, nec ipse inglorius militiae; eoque inter Duces adsumptus est. Flavio quoque Sabino, ac Domitiano patuisse effugium, *multi tradidere. Et missi ab Antonio nuntii per varias fallendi artes penetrabant*, locum ac praesidium *monstrantes. Sabinus* inhabilem labori et audaciae valetudinem *caussabatur: Domitiano aderat animus; sed custodes a Vitellio additi, quamquam* se socios fugae *promitterent, tamquam insidiantes timebantur. Atque ipse Vitellius, respectu suarum necessitudinum, nihil in Domitianum atrox parabat.*

60. *Duces partium ut Carsulas venere, paucos ad requiem dies sumunt, donec aquilae signaque legionum adsequerentur: et locus ipse castrorum placebat, late prospectans, tuto copiarum adgestu, florentissimis pone tergum municipiis. Simul conloquia cum Vitellianis, decem millium spatio distantibus, et proditio sperabatur. Aegre id pati miles, et victoriam malle, quam pacem. Ne suas quidem legiones opperiebantur, ut praedae, quam periculorum socias. Vocatos ad concionem Antonius docuit;* esse adhuc Vitellio vires, ambiguas, si deliberarent; acres, si desperassent. Initia bellorum civilium fortunae permittenda; victoriam consiliis et ratione perfici. Jam Misenensem classem et pulcherrimam Campaniae oram descivisse; nec plus e toto terrarum orbe reliquum Vitellio, quam quod inter Tarracinam Narniamque jaceat. Satis gloriae praelio Cremonensi partum, et exitio Cremonae nimium

Vitellio. A Vespasiano era stretto di affinità, guerriero anch' egli onorato; e perciò assunto fra' capi. Molti narrarono, *che si aperse a Flavio Sabino ancora e a Domiziano uno scampo*. E Antonio inviò loro messaggi, che in Roma con varie arti cacciatisi mostravan loro e dove e come salvarsi. Allegava Sabino *la sanità mal atta alle fatiche e a' pericoli*. Aveva animo Domiziano; ma le guardie appostegli da Vitellio, benchè *alla fuga* gli si offerisser *compagne*, temeansi come se lo spiassero. E Vitellio medesimo, per rispetto de' suoi congiunti, nulla d'atroce a Domiziano apprestava.

60. Giunti a Carsole i capitani, pochi dì prendono di riposo, finchè l'insegne e le aquile delle legioni giungessero; ed era il luogo propizio per accamparvi, d'ampia veduta, sicuro ad ammassar vettovaglie, con fioritissimi municipj alle spalle. I Vitelliani inoltre, a diece miglia discosti, speranza offrivano di patteggiar tradimento. Ciò mal soffriva il soldato; e vittoria, anzi che pace, bramava: neppure le sue legioni aspettava, come più della preda che de' perigli compagne. Antonio, unitili a parlamento, mostrò: *Vitellio avere ancor forze; dubbie, se possono deliberare; terribili, se disperino. I principj delle guerre civili commettonsi alla fortuna: consiglio e senno maturano la vittoria. Di già la flotta Misena, e il fiore della Campania si ribellò: nè più restare del mondo intero a Vitellio, che quanto fra Terracina e Narni si giace. La battaglia di Cremona assai gloria ne procacciò; la rovina sua, troppo*

invidiae: ne concupiscerent Romam capere potius, quam servare. Majora illis praemia, et multo maximum decus, si incolumitatem Senatui Populoque Rom. sine sanguine quaesissent.

61. *His ac talibus mitigati animi. Nec multo post legiones venere. Et terrore famaque aucti exercitus Vitellianae cohortes nutabant, nullo in bellum adhortante, multis ad transitionem, qui suas centurias turmasque tradere, donum victori, et sibi in posterum gratiam, certabant. Per eos cognitum est*, Interamnam proximis campis praesidio quadringentorum equitum teneri. *Missus extemplo Varus, cum expedita manu, paucos repugnantium interfecit: plures, abjectis armis, veniam petivere: quidam in castra refugi, cuncta formidine implebant, augendo rumoribus virtutem copiasque hostium, quo amissi praesidii dedecus lenirent. Nec ulla apud Vitellianos flagitii poena: praemiis defectorum versa fides, ac reliquum perfidiae certamen: crebra transfugia Tribunorum Centurionumque. Nam gregarius miles induruerat pro Vitellio: donec Priscus et Alphenus, desertis castris, ad Vitellium regressi, pudore proditionis cunctos exolverent.*

62. *Iisdem diebus Fabius Valens Urbini in custodia interficitur. Caput ejus Vitellianis cohortibus ostentatum, ne quam ultra spem foverent. Nam*, pervasisse in Germanias Valentem, et veteres illic novosque exercitus cieri, *credebant. Visa caede in desperationem versi. Et Flavianus exercitus, immane quantum animo exitium Va-*

carico. Che non agognino prendere più tosto, che salvar Roma: maggiori premj ed onor anche più grande avrannosi, se al Senato e popol romano salvezza apportino senza sangue.

61. A tali parole e simili gli animi si calmarono. Nè molto poi giunsero le legioni. E per lo terrore e il grido dell' accresciuto esercito i Vitelliani ondeggiavano, niuno a guerra, molti a ribellione animandoli, che gareggiavano di presentare al vincitore in dono i loro fanti e cavalli per trarne merito. Da questi seppesi *ch' era nelle vicine pianure guardata Terni da quattrocento cavalli*. Speditovi tosto Varo con pronta forza, pochi de' resistenti ammazzò: i più imploraron salvezza gettando l' armi: alcuni, nelle trincee rifuggitisi, empievano di spavento ogni cosa, romoreggiando ad esaltare il numero ed il valor de' nemici onde scemar la vergogna della sconfitta. Nè la perfidia da' Vitelliani punivasi, ed i premiati ribelli moltiplicavano i traditori: talchè poi dieronsi a gareggiare di fellonìa. Continue le diserzioni de' centurioni e tribuni, perchè i soldati gregarj induravano per Vitellio; sinochè Prisco ed Alfeno, abbandonato il campo, ed a Vitellio tornati, sciolsero tutti dall' onta del tradimento.

62. Fu ne' medesimi giorni spento in Urbino Fabio Valente in carcere, ed il suo capo a' Vitelliani mostrato per torli d' ogni speranza: poichè credevano, *ch' ei penetrasse nelle Germanie, e vecchi e novelli eserciti sollevasse*. Vistolo spento, si disperarono; ed il Flaviano esercito, non può dirsi con quanta gioja, tale uccisione ascoltò,

lentis, ut finem belli, accepit. Natus erat Valens Anagniae, Equestri familia, procax moribus, neque absurdus ingenio, famam urbanitatis per lasciviam petere. Ludicro Juvenalium sub Nerone, velut ex necessitate, mox sponte, mimos actitavit, scite magis, quam probe. Legatus legionis, et fovit Verginium, et infamavit. Fontejum Capitonem corruptum, seu quia corrumpere nequiverat, interfecit. Galbae proditor; Vitellio fidus; et aliorum perfidia inlustratus.

63. *Abrupta undique spe, Vitellianus miles, transiturus in partes, id quoque non sine dedecore, sed sub signis vexillisque in subjectos Narniae campos descendere. Flavianus exercitus, ut ad praelium, intentus ornatusque, densis circa viam ordinibus, adstiterat. Accepti in medium Vitelliani: et circumdatos Primus Antonius clemente adloquitur.* Pars Narniae; pars Interamnae subsistere *jussi. Relictae simul e victricibus legiones, neque quiescentibus graves, et adversus contumaciam validae. Non omisere per eos dies Primus ac Varus, crebris nuntiis* salutem, et pecuniam, et secreta Campaniae *offerre Vitellio*, si, positis armis, seque ac liberos suos Vespasiano permisisset. *In eundem modum et Mucianus composuit epistolas: quibus plerumque fidere Vitellius, ac* de numero servorum, electione litorum, *loqui. Tanta torpedo invaserat animum, ut, si Principem eum fuisse ceteri non meminissent, ipse oblivisceretur.*

64. *At primores civitatis Flavium Sabinum, Praefectum urbis, secretis sermonibus incita-*

come il termine della guerra. Nacque Valente in Anagni, di stirpe equestre, di costumi protervo, nè stravagante d'ingegno, rendevasi licenzioso per comparire leggiadro. Nel giuoco de' Giovenali sotto Nerone, come sforzatovi, poi volontariamente, trattò la scena con più vaghezza che probità. Legato d'una legione e favorì Virginio e lo diffamò. Fontejo Capitone, corrottolo, o perchè non potè corromperlo, uccise. Traditore di Galba, fido a Vitellio, e dall'altrui perfidia illustrato.

63. Ogni speranza tronca, i Vitelliani decisi di ribellarsi, nè fu pur ciò senza infamia, ma con le aquile e con le insegne scesero nella pianura di Narni. I Flaviani, come già pronti a combattere in su la via si tenevano, e ricevuti i Vitelliani nel mezzo, li circondarono: e Antonio loro placidamente parlò, parte in Narni e parte in Terni ponendone con alcune vincitrici legioni, che tranquilli non gl'inquietassero, e ardenti li contenessero. Non lasciarono Primo e Varo con frequenti messi *di offrir salvezza, danajo, e quiete nella Campania* a Vitellio, *se, deposte l'armi, co' suoi figliuoli arrendevasi a Vespasiano*. E scrisse lettere di egual tenore Muciano; alle quali spesso Vitellio affidavasi, e *del numero degli schiavi, della riviera da scegliersi*, ragionava. Tanta stupidità l'avea preso, che se gli altri non ricordavansi ch'era principe, egli l'aveva obbliato.

64. Ma i primi della città stimolavano con segreti ragionamenti Flavio Sabino Prefetto *a farsi*

bant, victoriae famaeque partem capesseret. Esse illi proprium militem cohortium urbanarum: nec defuturas vigilum cohortes, servitia ipsorum, fortunam partium, et omnia prona victoribus. Ne Antonio Varoque de gloria concederet. Paucas Vitellio cohortes, et moestis undique nuntiis trepidas: populi mobilem animum: et, si se Ducem praebuisset, easdem illas adulationes pro Vespasiano fore. Ipsum Vitellium ne prosperis quidem parem; adeo ruentibus debilitatum. Gratiam patrati belli penes eum, qui urbem occupasset. Id Sabino convenire, ut Imperium fratri reservaret; id Vespasiano, ut ceteri post Sabinum haberentur.

65. *Haudquaquam erecto animo eas voces accipiebat, invalidus senecta. Erant, qui occultis suspicionibus incesserent, tamquam* invidia et aemulatione fortunam fratris moraretur. *Namque Flavius Sabinus, aetate prior, privatis utriusque rebus, auctoritate pecuniaque Vespasianum anteibat. Et credebatur adfectam ejus fidem praejuvisse, domo agrisque pignori acceptis. Unde, quamquam manente in speciem concordia, offensarum operta metuebantur. Melior interpretatio:* mitem virum abhorrere a sanguine et caedibus: eoque crebris cum Vitellio sermonibus de pace, ponendisque per conditionem armis, agitare. *Saepe domi congressi; postremo in aede Apollinis, ut fama fuit, pepigere. Verba vocesque duos testes habebant, Cluvium Rufum et Silium Italicum. Vultus procul visentibus no-*

della vittoria e della gloria partecipe. Aver le sue proprie coorti urbane, nè mancherebbongli le sentinelle notturne, i servi loro, la fortuna de' Flavj, ed ogni cosa arrendevole a' vincitori. Ch' ei non cedesse a Primo e a Varo di gloria. Rimaste poche coorti a Vitellio, e dagli avvisi per tutto mesti impaurite; mobile il cuor del volgo; e s' egli capo gli s' offra, quelle medesime adulazioni risuonerebbero per Vespasiano. Vitellio neppure in buona fortuna si sosterrebbe; tanto nella cadente già crolla. Il merito di aver finita la guerra s' avrìa chi Roma occupasse. Ciò convenire a Sabino per riservar l'imperio al fratello; ciò a Vespasiano, perchè niun altro sia pareggiato a Sabino.

65. Tali parole non infiammavano un animo estenuato dalla vecchiezza. V' era chi con occulti sospetti lo caricava *di ritardare per astio e per gelosìa la fortuna di suo fratello*. Perocchè Flavio Sabino, maggior d' età, quand' eran ambo privati avanzava e di ricchezze e d' autorità Vespasiano. E credevasi che il cadente credito ne sostenesse, presone in pegno casa e terreni: onde credeasi che sotto sembianze amiche segreti odj nutrissero. Meglio s' interpretava, *che un uomo dolce stragi e rovine abborrisse: e perciò con Vitellio trattasse spesso di pace, e di cessar la guerra amichevolmente*. Spesso privatamente abboccaronsi: nel tempio infine d' Apollo, come si bisbigliò, patteggiarono. Furono al trattato e all' accordo Cluvio Rufo e Silio Italico testimoni. Notavansi

tabantur: Vitellii projectus et degener; Sabinus non insultans, et miseranti propior.

66. *Quod si tam facile suorum mentes flexisset Vitellius, quam ipse cesserat, incruentam urbem Vespasiani exercitus intrasset. Ceterum, ut quisque Vitellio fidus, ita pacem et conditiones abnuebat*, discrimen ac dedecus *ostentantes*, et fidem in libidine victoris. Nec tantam Vespasiano superbiam, ut privatum Vitellium pateretur. Ne victos quidem laturos. Ita periculum ex misericordia. Ipsum sane senem, et prosperis adversisque satiatum. Sed quod nomen, quem statum filio ejus, Germanico, fore? Nunc pecuniam, et familiam, et beatos Campaniae sinus promitti. Sed ubi Imperium Vespasianus invaserit, non ipsi, non amicis ejus, non denique exercitibus securitatem, nisi extincto aemulatu, reddituram. Fabium illis Valentem, captivum et casibus dubiis reservatum, praegravem fuisse: nedum Primus, ac Fuscus, et specimen partium Mucianus, ullam in Vitellium, nisi occidendi, licentiam habeant. Non a Caesare Pompejum, non ab Augusto Antonium incolumes relictos. Nisi forte Vespasianus altiores spiritus gerat, Vitellii cliens, cum Vitellius conlega Claudio foret. Quin, ut censuram patris, ut tres consulatus, ut tot egregiae domus honores deceret, desperatione saltem in audaciam accingeretur. Perstare militem, superesse studia populi. Denique nihil atrocius eventurum, quam in quod sponte ruant. Moriendum victis, moriendum deditis: id

da' lontani i sembianti: rimesso e vile, Vitellio; Sabino, non insultante, ed inclinato a pietà.

66. Che se Vitellio avesse agevolmente, sì come il suo, piegato il cuore de' suoi, entrava nella città senza sangue l'esercito di Vespasiano. Ma più eran fidi a Vitellio, più ricusavan partiti e pace, mostrandone *ed il pericolo e la ignominia, ed esserne l'osservanza in arbitrio del vincitore. Non tanta grandezza d'animo in Vespasiano da tollerar privato Vitellio: neppure i vinti lo soffrirebbono. La pietà dunque aumenterebbe il pericolo. Esso pur vecchio, e sazio di più godere e penare. Ma quale stato, qual nome al suo figliuolo, a Germanico, resterebbe? Ora danaro, e schiavi, e beati ozj nella Campania promettonsi. Ma tostochè Vespasiano avrà ghermito l'imperio, nè a lui parrà, nè agli amici, nè finalmente agli eserciti d'aver pace, se non estinto il rivale. Fu grave ad essi Fabio Valente, prigione e serbato ad ogni lubrico evento; non che Primo e Fosco, e l'anima della fazione Muciano, altro potere sopra Vitellio pur s'abbiano, che d'ucciderlo. Non a Pompeo Cesare, non Augusto lasciò la vita ad Antonio: se pur non nutra più generosi spiriti Vespasiano, clientolo di Vitellio, quando Vitellio era collega di Claudio. Perchè non almeno, come di un padre Censore, di tre consolati, di tanti onori di una famiglia illustre è pur degno, fassi per disperazione animoso? Saldo è il soldato; resta il favore del popolo. Alfine più atroce caso di quello non ci avverrà, nel quale da noi medesimi ci spin-*

solum referre, novissimum spiritum per ludibrium et contumelias effundant, an per virtutem.

67. *Surdae ad fortia consilia Vitellio aures. Obruebatur animus miseratione curaque, ne pertinacibus armis minus placabilem victorem relinqueret conjugi ac liberis. Erat illi et fessa aetate parens; quae tamen paucis ante diebus opportuna morte excidium domus praevenit, nihil Principatu filii adsecuta, nisi luctum et bonam famam. XV. Kal. Janu. audita defectione legionis cohortiumque, quae se Narniae dediderant, pullo amictu palatio degreditur, moesta circum familia. Simul ferebatur lecticula parvulus filius, velut in funebrem pompam. Voces populi blandae et intempestivae: miles minaci silentio.*

68. *Nec quisquam adeo rerum humanarum immemor, quem non commoveret illa facies: Romanum Principem, et generis humani paullo ante dominum, relicta fortunae suae sede, per populum, per urbem, exire de Imperio. Nihil tale viderant, nihil audierant. Repentina vis Dictatorem Caesarem oppresserat; occultae Cajum insidiae: nox et ignotum rus fugam Neronis absconderant: Piso et Galba tamquam in acie cecidere: in sua concione Vitellius, inter suos milites, prospectantibus etiam foeminis, pauca et praesenti moestitiae congruentia locutus:* cedere se pacis et Reip. caussa: retinerent tantum memoriam sui; fratremque, et conjugem,

giamo. Morremo vinti; morremo arresi: ciò solo importa, se fra gli strazj e gli scherni, o con valore si esali l'ultimo fiato.

67. Era Vitellio sordo a' generosi consigli. Opprimevagli il cuore la compassione e il pensiero di non lasciare, ostinandosi nella guerra, meno placabile il vincitore alla consorte ed a' figli. Aveva ancora la madre in età cadente, la qual peraltro pochi dì prima prevenne con opportuna morte l'eccidio della sua casa, nulla acquistatosi col principato del figlio, che pianto e nome di buona. A' diciotto Dicembre, udita la ribellione della legione e delle coorti, che a Narni s' erano arrese, in veste bruna uscì di palazzo con la famiglia piagnente intorno, recando seco in una lettighina il suo figliuoletto, come una pompa esequiale. Con lusinghiere e intempestive grida accompagnavalo il popolo; il soldato, con minaccioso silenzio.

68. Nè v'ebbe cuore così dimentico de' casi umani, cui quell' aspetto non commuovesse; romano Principe, e poco prima signor del mondo, lasciato il seggio di sua grandezza, tra 'l popolo, per mezzo a Roma, uscivasi dell' imperio. Nulla avean visto, nulla ascoltato di simile: forza improvvisa oppresse Cesare dittatore: Cajo segreta congiura: la notte e un villaggio ignobile la fuga ascosero di Nerone: Pisone e Galba come in battaglia caddero: Vitellio nel suo parlamento, tra' suoi soldati, in vista ancor delle femmine, poche parole disse ed acconcie alla presente tristezza: *ch' egli cedeva per amor della pace e della repubblica: lui ricordassero solamente; ed il fratello, e la moglie, e la inno-*

et innoxiam liberorum aetatem miserarentur: *simul filium protendens, modo singulis, modo universis commendans, postremo fletu praepediente, adsistenti Consuli (Caecilius Simplex erat) exolutum a latere pugionem, velut jus necis vitaeque civium, reddebat. Adspernante Consule, reclamantibus, qui in concione adstiterant, ut in aede Concordiae positurus insignia Imperii, domumque fratris petiturus, discessit. Major hinc clamor obsistentium Penatibus privatis*, in palatium *vocantium. Interclusum aliud iter, idque solum, quod in Sacram viam pergeret, patebat. Tum consilii inops, in palatium rediit. Praevenerat rumor*, ejurari ab eo Imperium: *scripseratque Flavius Sabinus, cohortium Tribunis*, ut militem cohiberent.

69. *Igitur, tamquam omnis Resp. in Vespasiani sinum cessisset, primores Senatus, et plerique Equestris ordinis, omnisque miles urbanus, et vigiles domum Flavii Sabini complevere. Illuc de studiis vulgi, et minis Germanicarum cohortium adfertur. Longius jam progressus erat, quam ut regredi posset: et suo quisque metu, ne disjectos, eoque minus validos, Vitelliani consectarentur, cunctantem in arma impellebant. Sed quod in ejusmodi rebus accidit, consilium ab omnibus datum est, periculum pauci sumpsere. Circa lacum Fundani, descendentibus, qui Sabinum comitabantur, armatis occurrunt promptissimi Vitellianorum. Modicum ibi praelium, improviso tumultu, sed prosperum Vitellianis fuit. Sabinus, re trepida,*

cente età de' suoi figli compassionassero. Presentando insieme Germanico, ora a ciascuno, or a tutti raccomandandolo, soffocato in fine dal pianto, trasse di fianco il pugnale, e rassegnavalo al Consolo Cecilio Semplice, come ragione di vita e di morte su'cittadini. Ricusandolo il Consolo, romoreggiandone quanti assistevano al parlamento, partì per depor le imperiali insegne nel Tempio della Concordia, ed alla casa recarsi di suo fratello. Qui si levò maggior grido, che si opponeva ad una privata casa, e lo chiamava *in Palazzo*: ogni altro passo fu chiuso, fuori che quello della via Sacra. Non sapendo allora che farsi, egli tornossi al Palazzo. Era precorsa voce *ch' e' rinunziava all' Impero*; e Flavio Sabino scrisse a' Tribuni delle coorti *di contenere il soldato*.

69. Come se tutta la Repubblica dunque fosse caduta in grembo di Vespasiano, i Senatori primarj, assai Cavalieri, e tutta la guardia urbana, ed i Vigili la casa empierono di Sabino. Colà s' intese *il fervor del popolo e il minacciare delle coorti Germaniche*. Sabino s'era già troppo inoltrato per non potere più retrocedere, e ciascun temendo non essere, sbandati e deboli, da' Vitelliani assaliti, spronavano il vecchio timido all' armi. Ma, come in tali frangenti avviene, tutti il consiglio diedero, pochi il periglio affrontarono. Gli armati, che accompagnavan Sabino, scendendo al Lago Fondano, investonsi da' Vitelliani più arditi. Fu breve, perchè improvvisa, ma prospera a' Vitelliani la zuffa. In quel garbuglio Sabino, per più sicuro schermo occupò co' soldati ed alquanti Padri e Ca-

quod tutissimum e praesentibus, arcem Capitolii insedit milite, et quibusdam Senatorum Equitumque: quorum nomina tradere haud promptum est, quoniam, victore Vespasiano, multi id meritum erga partes simulavere. Subierunt obsidium etiam feminae; inter quas maxime insignis Verulana Gratilla, neque liberos, neque propinquos, sed bellum secuta. Vitellianus miles custodia socordi clausos circumdedit, eoque, concubia nocte, suos liberos Sabinus et Domitianum fratris filium, in Capitolium accivit: misso per neglecta ad Flavianos Duces nuntio, qui circumsideri ipsos, et ni subveniretur, arctas res *nuntiaret. Noctem adeo quietam egit, ut degredi sine noxa potuerit. Quippe miles Vitelli, adversus pericula ferox, laboribus et vigiliis parum intentus erat. Et hibernus imber, repente fusus, oculos auresque impediebat.*

70. *Luce prima Sabinus, antequam invicem hostilia coeptarent, Cornelium Martialem, e primipilaribus, ad Vitellium misit, cum* mandatis et questu, quod pacta turbarentur. Simulationem prorsus et imaginem deponendi Imperii fuisse, ad decipiendos tot inlustres viros. Cur enim e rostris fratris domum, imminentem foro et inritandis hominum oculis, quam Aventinum et Penates uxoris petisset? Ita privato, et omnem Principatus speciem vitanti, convenisse. Contra Vitellium in palatium, in ipsam Imperii arcem regressum. Inde armatum agmen emissum, stratam innocentium caedibus celeberrimam urbis partem: ne Capitolio quidem abstineri. Togatum nempe se, et unum e

valieri la rocca del Campidoglio: de' quali non è possibile ridire i nomi, perocchè molti si finsero di tal numero col vincitor Vespasiano. V' ebbe pur donne a sostenere l' assedio, fra cui la più segnalata fu Verulana Gratilla, che non i figli, non i parenti vi seguitò, ma la guerra. I Vitelliani vegliarono sì neghittosi all' assedio, che a notte buja Sabino nel Campidoglio co' suoi figliuoli ricoverò Domiziano figlio di suo fratello, mandando per vie non guardate a dire a' capitani Flaviani *com'eran essi assediati e, non soccorsi, in pericolo.* Passò la notte così tranquilla, che uscir potevane senza danno. Poichè i Vitelliani, feroci contr' a' pericoli, ad opre e veglie non attendevano, e l' improvviso scroscio d' invernal pioggia udito e vista impedivane.

70. Sabino all' alba, prima che dessero all' armi, spedì Cornelio Marziale de' primipili a Vitellio, per querelarsi *che s' infrangesse il trattato. Ch'egli assolutamente finse depor l' impero per ingannar tant' uomini illustri. In fatti, perchè si trasse da' Rostri alla casa di suo fratello, imminente al Foro, e ad irritar gli sguardi del popolo, più tosto che all' Aventino, presso alla moglie. Ciò convenivasi ad un privato, ch' ogni sembianza abborra di signoria. Vitellio per lo contrario in palazzo, nella rocca medesima dell' Impero se ne tornò. Di là spedì schiere armate: empiè di sangue innocente la parte più frequentata della città: nè il Campidoglio pur*

Senatoribus, dum inter Vespasianum, ac Vitellium proeliis legionum, captivitatibus urbium, deditionibus cohortium judicatur. Jam, Hispaniis Germaniisque et Britannia desciscentibus, fratrem Vespasiani mansisse in fide, donec ultro ad conditiones vocarentur. Pacem et concordiam victis utilia: victoribus tantum pulchra esse. Si conventionis poeniteat, non se, quem perfidia deceperit, ferro peteret; non filium Vespasiani, vix puberem: quantum, occisis uno sene et uno juvene, profici? iret obviam legionibus, et de summa rerum illic certaret: cetera secundum eventum proelii cessura. *Trepidus ad haec Vitellius pauca purgandi sui caussa respondit*, *culpam* in militem *conferens*, cujus nimio ardori imparem esse modestiam suam. ***Et monuit Martialem***, ut per secretam aedium partem occulte abiret ne a militibus internuntius invisae pacis interficeretur. ***Ipse neque jubendi, neque vetandi potens, non jam Imperator, sed tantum belli caussa, erat.***

71. ***Vix dum regresso in Capitolium Martiale, furens miles aderat, nullo Duce: sibi quisque auctor: cito agmine forum et imminentia foro templa praetervecti erigunt aciem per adversum collem, usque ad primas Capitolinae arcis fores. Erant antiquitus porticus in latere clivi, dextrae subeuntibus: in quarum tectum egressi saxis tegulisque Vitellianos obruebant. Neque illis manus, nisi gladiis, armatae: et***

rispettava. Egli non esser poi che un magistrato pacifico [1], *uno de' senatori, mentre con le battaglie delle legioni, con l'espugnazioni della città, con le rese delle coorti si disputa fra Vespasiano e Vitellio. Mentre Britannia, Germania, e Spagna già ribellavansi, il fratello di Vespasiano in fede perseverò, sinchè fu da Vitellio a patteggiare invitato. Utili a' vinti concordia e pace a' vincitori non essere che onorevoli. Se dell' accordo increscevagli, non lui, perfidamente ingannato, con l' armi investa, non il figliuolo, tuttora imberbe, di Vespasiano. Che giovverebbongli un vecchio e un giovane trucidati? Facciasi incontro agli eserciti: là dell' impero combatta: tutto conformerassi all' esito della battaglia*. Sbigottito Vitellio poche parole rispose, dandone colpa a' soldati, *il cui troppo ardore già non potea la sua modestia comprimere*. Ed avvertì Marziale *a tenere segreta via nell' uscire, perchè i soldati, quale mezzano d' odiosa pace, non l' uccidessero*. Egli nè a comandare, nè a proibire autorevole, non era più imperatore, ma sol motivo di guerra.

71. Tornato appena Marziale nel Campidoglio, i Vitelliani impetuosi l'assalgono, senza capo, ciascuno dal suo furore sospinto: trascorse a furia la piazza e i templi a lei soprastanti, schierati spingongli su per la china del colle insino all' adito della Rocca Capitolina. Salendo a destra, un antico portico sorgea di fianco al pendio, sopra il cui tetto usciti opprimevano con sassi e tegoli i Vitelliani, nè questi alle mani aveano che spade, nè si

arcessere tormenta, aut missilia tela, longum videbatur. Faces in prominentem porticum jecere: et sequebantur ignem; ambustasque Capitolii fores penetrassent, ni Sabinus revulsas undique statuas, decora majorum, in ipso aditu vice muri obiecisset. Tum diversos Capitolii aditus invadunt, juxta lucum asyli, et qua Tarpeja rupes centum gradibus aditur. Improvisa utraque vis; propior atque acrior per asylum ingruebat. Nec sisti poterant scandentes per coniuncta aedificia: quae, ut in multa pace, in altum edita, solum Capitolii aequabant. Hic ambigitur, ignem tectis oppugnatores iniecerint, an obsessi, *quae crebrior fama est*, quo nitentes ac progressos depellerent. *Inde lapsus ignis in porticus adpositas aedibus: mox sustinentes fastigium Aquilae vetere ligno traxerunt flammam, alueruntque. Sic Capitolium, clausis foribus, indefensum et indireptum, conflagravit.*

72. *Id facinus post conditam urbem luctuosissimum foedissimumque Reipublicae Populi Rom. accidit: nullo externo hoste, propitiis, si per mores nostros liceret, Deis, sedem Jovis optimi maximi, auspicato a majoribus, pignus Imperii, conditam, quam non Porsena dedita urbe, neque Galli capta, temerare potuissent, furore Principum exscindi! Arserat et ante Capitolium civili bello, sed fraude privata: nunc palam obsessum, palam incensum. Quibus armorum caussis? quo tanta clades pretio stetit? pro patria bellavimus? Voverat Tarquinius*

credevano a tempo di trarvi macchine e dardi. Scaglian fiaccole nello sporto del portico, e seguitando il fuoco già penetravano l'arse porte del Campidoglio, se Sabino, svelte per tutto le statue, glorie degli antenati, in sull'ingresso a barriera non le opponeva. Allor per due bande assaltano il Campidoglio, presso il boschetto del luogo sacro, e dove ascendesi, per cento gradi al Tarpeo. Fu l'uno e l'altro assalto improvviso; più da vicino e più atroce pel luogo sacro: nè si poteano arrestare montando su per gli edifizj contigui, che alzati nella sicurtà della pace il piano del Campidoglio agguagliavano. Qui si dubita, *se il fuoco a' tetti degli aggressori appiccossi*, *o*, come da' più si vuole, *dagli assediati*, per ributtar l'incalzante forza degl'inimici. Di là gittossi la fiamma al portico unito al tempio: poi l'Aquile di legno antico, che ne reggevan la cima, presero fuoco e l'accrebbero. Così il Campidoglio, a porte chiuse, abbruciò, non difeso, nè saccheggiato.

72. Tale eccesso, il più luttuoso e orribile dacchè fu Roma, alla repubblica avvenne; che niun nemico stringendoci, favorendoci, se il consentiano i costumi nostri, gl'Iddii; il seggio di Giove Ottimo Massimo, fondato con lieti auspicj, in pegno di signoria, dagli antichi; cui non poterono nè Porsenna dopo la resa, nè i Galli dopo la presa della città profanare, per il furore de' principi rovinasse! Anche altra volta in una guerra civile il Campidoglio abbruciò, ma per privato misfatto: ora assediato palesemente, palesemente incendiato. Per qual motivo di guerra mai? quale fu il prezzo di tanta

Priscus Rex, bello Sabino, jeceratque fundamenta, spe magis futurae magnitudinis, quam quo modicae adhuc Pop. Rom. res sufficerent. Mox Servius Tullius, sociorum studio, deinde Tarquinius Superbus, capta Suessa Pometia, hostium spoliis extruxere. Sed gloria operis libertati reservata. Pulsis regibus, Horatius Pulvillus, iterum Consul, dedicavit, ea magnificentia, quam immensae postea Pop. Rom. opes ornarent potius, quam augerent. Iisdem rursus vestigiis situm est, postquam interiecto CCCCXXV annorum spatio, L. Scipione, C. Norbano Coss. flagraverat. Curam victor Sulla suscepit, neque tamen dedicavit: hoc solum felicitati ejus negatum. Lutatii Catuli nomen, inter tanta Caesarum opera, usque ad Vitellium mansit. Ea tunc aedes cremabatur.

73. *Sed plus pavoris obsessis, quam obsessoribus intulit. Quippe Vitellianus miles, neque astu, neque constantia, inter dubia indigebat. Ex diverso trepidi milites, Dux segnis, et veluti captus, animi, non lingua, non auribus competere: neque alienis consiliis regi, neque sua expedire: huc illuc clamoribus hostium circumagi: quae jusserat, vetare, quae vetuerat, jubere. Mox, quod in perditis rebus accidit, omnes praecipere, nemo exequi. Postremo, abiectis armis, fugam et fallendi artes circumspectabant. Inrumpunt Vitelliani, et cuncta sanguine, ferro, flammisque miscent. Pauci militarium virorum, inter quos maxime insignes,*

calamità? guerreggiammo noi per la patria? Il re Tarquinio Prisco votollo nel guerreggiar co' Sabini e gittonne le fondamenta, più per presentimento della futura grandezza, che per essere ancor da tanto le forze nascenti allora di Roma. Poi Servio Tullio con il favore degli alleati, quindi Tarquinio Superbo, presa Suessa Pomezia, lo costruiron co' spoglj degl' inimici. La gloria però dell' opera fu riservata alla libertà. Espulsi i re, Orazio Pulvillo, di nuovo console, lo dedicò; con tale magnificenza, che potè poi l' immensa forza di Roma più tosto ornarla, che accrescerla. Sopra la stessa pianta fu rialzato, quattrocentoventicinqu' anni poi sotto i consoli Lucio Scipione e Cajo Norbano abbruciò. Ne assunse Silla vincitore l' incarico; pure nol dedicò: ciò solo alla fortuna sua fu negato. Il nome di Lutazio Catulo, fra tanti fregj de' Cesari, sino a Vitellio durò. Tal tempio allora incendiavasi.

73. Ma più spavento agli assediati incusse, che agli aggressori. Poichè a' Vitelliani non mancava ingegno, non animo fra' pericoli. Dall' altra parte, impaurito il soldato, il capitano vigliacco, e come fuori di senno, era di lingua, era di orecchie smarrito: nè udiva l' altrui consiglio, nè con il proprio si governava: qua e là da' gridi aggiravasi de' nemici, vietava ciò, che aveva ordinato, ciò, che vietato, ordinava. Poi, come accade nelle ruine, tutti ordinavano, niuno eseguiva. Alfine, gittate l' armi, avvisavano dove e come fuggirsi occulti. A furia entrano i Vitelliani, ed ogni cosa mettono a fuoco ferro e ruina. Pochi guerrieri animosi, tra cui Cornelio Marziale, Emilio Pacense, Casperio

Cornelius Martialis, Aemilius Pacensis, Casperius Niger, Didius Scaeva, pugnam ausi, obtruncantur. Flavium Sabinum, inermem neque fugam coeptantem, circumsistunt, et Quinctium Atticum, Consulem, umbra honoris et suamet vanitate monstratum, quod edicta in Populum, pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium, jecerat. Ceteri per varios casus elapsi: quidam servili habitu, alii fide clientium contecti, et inter sarcinas abditi. Fuere, qui, excepto Vitellianorum signo, quo inter se noscebantur, ultro rogitantes respondentesve, audaciam pro latebra haberent.

74. *Domitianus, prima inruptione apud aedituum occultatus, solertia liberti, lineo amictu turbae sacricolarum immixtus ignoratusque, apud Cornelium Primum, paternum clientem, juxta Velabrum, delituit. Ac potiente rerum patre, disiecto aeditui contubernio, modicum sacellum Jovi Conservatori, aramque posuit, casusque suos in marmore expressit. Mox, Imperium adeptus, Jovi Custodi templum ingens, seque in sinu Dei sacravit. Sabinus, et Atticus onerati catenis, et ad Vitellium ducti, nequaquam infesto sermone vultuque excipiuntur, frementibus, qui jus caedis et praemia navatae operae, petebant. Clamore a proximis orto sordida pars plebi supplicium Sabini exposcit, minas adulationesque miscet. Stantem pro gradibus palatii Vitellium, et preces parantem, pervicere, ut absisteret. Tum confossum conlaceratumque, et capite truncum, corpus Sabini in Gemonias trahunt.*

Nigro, e Didio Sceva più segnalaronsi, osando opporsi furono trucidati. Attornian Flavio Sabino inerme, e senza pensare a fuggirsi, e Quinzio Attico console dalle onorevoli insegne e dalla stessa vanità sua segnalato, perchè nel popolo sparse editti, per Vespasiano magnifici, vituperosi a Vitellio. Gli altri in diverse guise scapparono: alcuni in veste da schiavo, altri occultati dalla pietà de' clienti, e fra le some nascosti. V'ebbe chi udito il segno onde fra lor conoscevansi i Vitelliani, chiestolo e datolo, si salvaron con tale ardimento.

74. Domiziano, alla prima furia, dalla sagacità d'un liberto occultato presso il Tempiere, meschiatosi in pannolino alla turba degli altri sacri ministri, si ricovrò sconosciuto appo Cornelio Primo, clientolo di suo padre, presso al Velabro. E nell'impero del padre, rovesciata la camera del Tempiere, vi eresse una cappelletta e un altare A GIOVE CONSERVATORE con iscolpirvi in marmo le sue vicende. Assunto poscia all'Impero, un gran tempio A GIOVE CUSTODE, e sè stesso in seno al Dio consagrò. Sabino ed Attico carichi di catene, ed a Vitellio condotti, non riceveronsi con parole nè con aspetto inimico; fremendo quelli, che facoltà di ucciderli e premio della lor opera domandavano. Incominciando a romoreggiare i vicini, la vil plebaglia gridano *morte a Sabino*, e mesce adulazioni e minacce. Vitellio innanzi alle scalee del Palazzo gia supplicava per lui; essi a tacere l'astrinsero. Trafiggono allora, straziano, mozzano il capo a Sabino, e ne strascinano alle Gemonie il cadavere.

75. *Hic exitus viri haud sane spernendi. Quinque et triginta stipendia in Repub. fecerat, domi militiaeque clarus. Innocentiam justitiamque ejus non argueres: sermonis nimius erat. Id unum septem annis, quibus Moesiam, duodecim, quibus Praefecturam urbis obtinuit, calumniatus est rumor. In fine vitae alii segnem, multi moderatum et civium sanguinis parcum credidere. Quod inter omnes constiterit, ante Principatum Vespasiani, decus domus penes Sabinum erat. Caedem ejus laetam fuisse Muciano accepimus. Ferebam plerique*, etiam paci consultum, dirempta aemulatione inter duos, quorum alter se fratrem Imperatoris, alter consortem Imperii cogitaret. *Sed Vitellius Consulis supplicium poscenti populo restitit, placatus, ac velut vicem reddens, quod interrogantibus*, quis Capitolium incendisset, *se reum Atticus obtulerat. Eaque confessione, sive aptum tempori mendacium fuit, invidiam crimenque agnovisse, et a partibus Vitellii amolitus, videbatur.*

76. *Iisdem diebus L. Vitellius, positis apud Feroniam castris, excidio Tarracinae imminebat: clausis illic gladiatoribus remigibusque, qui non egredi moenia, neque periculum in aperto audebant. Praeerat, ut supra memoravimus, Julianus gladiatoribus, Apollinaris remigibus: lascivia socordiaque gladiatorum magis, quam Ducum similes: non vigilias agere, non intuta moenium firmare, noctu dieque fluxi, et amoena litorum personantes, in ministerium luxus dispersis militibus, de bello tantum inter con-*

75. Tal fu la fine d'un uomo, non certamente spregevole. Trentacinqu'anni per la Repubblica militò; chiaro ed in pace ed in guerra. Non avresti la sua purezza e probità biasimato: parlava troppo; di questo solo in sett'anni, che governò la Mesia, in dodici che fu Prefetto di Roma, la voce pubblica lo aggravò. Nel fine della sua vita altri codardo, i più moderato e parco del sangue de' cittadini il credettero. Convenner tutti, che innanzi al principato di Vespasiano, era il decoro della famiglia Sabino. Udimmo che si allegrasse della sua morte Muciano. Molti opinavano *anche alla paee provistosi, tolta la emulazione fra due, uno de' quali fratel dell' Imperadore, l' altro compagno estimavasi dell' Impero*. Ma Vitellio, gridando il popolo *morte al Console*, lo frenò; placato, e quasi rimeritandolo, perchè Attico, domandandosi *chi il Campidoglio incendiasse? io, io*, rispose. E con tal confessione, o menzogna conforme all'uopo, sembrava ch' egli si fosse addossato l' odio di un tal misfatto, sgravandone i Vitelliani.

76. Ne' giorni stessi Lucio Vitellio, presso Feronia accampatosi, era per rovinar Terracina, ov' eran chiusi e gladiatori e ciurme, che non ardivano uscirne e cimentarsi all' aperto. Reggeva, come narrammo, i gladiatori Giuliano, Apollinare le ciurme; per insolenza e viltà più a' gladiatori simili che a capitani. Non avean guardie, non inforzavan le mura deboli; e notte e giorno di romorose tresche gli ameni lidi intronavano, sparsi i soldati ad opere di lascivia, di guerra soltanto a mensa parlamentavano. Erane pochi dì prima uscito Apinio

vivia loquebantur. Paucos ante dies discesserat Apinius Tiro: donisque ac pecuniis acerbe per municipia conquirendis, plus invidiae quam virium partibus addebat.

77. *Interim ad L. Vitelliam servus Verginii Capitonis perfugit, pollicitusque*, si praesidium acciperet, vacuam arcem tradi futurum, *multa nocte cohortes expeditas, summis montium jugis, super caput hostium sistit. Inde miles ad caedem magis, quam ad pugnam decurrit. Sternunt inermes, aut arma capientes, et quosdam somno excitos; cum tenebris, pavore, sonitu tubarum, clamore hostili turbarentur. Pauci gladiatorum resistentes, neque inulti cecidere. Ceteri ad naves ruebant, ubi cuncta pari formidine implicabantur, permixtis paganis, quos nullo discrimine Vitelliani trucidabant. Sex Liburnicae inter primum tumultum evasere, in quis Praefectus classis, Apollinaris: reliquae in litore captae, aut nimio ruentium onere pressas mare hausit. Julianus ad L. Vitellium perductus, et verberibus foedatus, in ore ejus jugulatur. Fuere, qui uxorem L. Vitellii Triariam incesserent, tamquam* gladio militari cincta, inter luctum cladesque expugnatae Tarracinae, superbe saeveque egisset. *Ipse lauream prospere gestae rei ad fratrem misit: percunctatus*, statim regredi se, an perdomandae Campaniae insistere juberet. *Quod salutare non modo partibus Vespasiani, sed Reip. fuit. Nam, si recens victoria miles, et, super insitam pervicaciam, secundis ferox, Romam contendisset; haud parva mole certa-*

Tirone, e raccogliendo rapacemente danari e doni pe' municipj odio più che vigore alla fazione accresceva.

77. Intanto un servo di Virginio Capitone rifuggito a L. Vitellio, e promessogli, *ove gli desse forza, di consegnargli la vota rocca;* a notte buja collocò gente spedita in su le vette de' monti di sopra al capo a' nemici: indi si scaglia ad uccidere più che a combattere. Gli atterra inermi o brandendo l'armi, ed alcuni in sul destarsi dal sonno: dal bujo, dallo spavento, dallo squillar delle trombe, dall' inimico strepito scompigliati. Pochi gladiatori s'opposero, nè invendicati perirono. Gli altri alle navi precipitavansi, dove paura eguale mesceva eguale scompiglio, accorsivi i borghigiani, i quali indistintamente da' Vitelliani ammazzavansi. Scamparono sei galee nello scoppiar del tumulto, e in esse Apollinare ammiraglio; l'altre in sul lido si presero, o soccombendo al carico della calca affogarono. Giuliano condotto a Lucio Vitellio, e pesto di battiture, sugli occhi suoi fu scannato. V'ebbe chi biasimò Triaria, moglie di Lucio Vitellio, *perchè con la spada al fianco, tra il pianto il guasto e la strage di Terracina, superbamente e ferocemente esultò*. Egli diè conto della felice impresa al Fratello con lettera laureata, e gli domandò, *se gli ordinasse di tornar subito o insistere a soggiogar la Campania:* lo che salvò non solamente la parte di Vespasiano, ma la Repubblica: perchè, se il soldato fresco nella vittoria, ed oltre l'usata caparbietà feroce per il successo, a

tum, nec sine exitio urbis foret. Quippe L. Vitellio, quamvis infami, inerat industria: nec virtutibus, ut boni, sed, quo modo pessimus quisque, vitiis valebat.

78. *Dum haec in partibus Vitellii geruntur, digressus Narnia Vespasiani exercitus, festos Saturni dies Otriculi per otium agitabat. Caussa tam pravae morae, ut Mucianum opperirentur. Nec defuere, qui Antonium suspicionibus arguerent, tamquam* dolo cunctantem, post secretas Vitellii epistolas, quibus Consulatum et nubilem filiam et dotales opes, pretium proditionis, offerebat. *Alii*, ficta haec, et in gratiam Muciani composita. *Quidam*, omnium id Ducum consilium fuisse, ostentare potius urbi bellum, quam inferre: quando validissimae cohortes a Vitellio descivissent, et, abscissis omnibus praesidiis, cessurus Imperio videbatur. Sed cuncta festinatione, deinde ignavia Sabini conrupta: qui sumptis temere armis, munitissimam Capitolii arcem, et ne magnis quidem exercitibus expugnabilem, adversus tris cohortes tueri nequisset. *Haud facile quis uni adsignaverit culpam, quae omnium fuit. Nam et Mucianus ambiguis epistolis victores morabatur; et Antonius praepostero obsequio, vel, dum regerit invidiam, crimen meruit. Ceterique Duces, dum peractum bellum putant, finem ejus insignivere. Ne Petilius quidem Cerialis, cum mille equitibus praemissus, ut transversis itineribus per agrum Sabinum Salaria via urbem introiret, satis maturaverat: donec obsessi Capitolii fama cunctos simul exciret.*

Roma inoltravasi, atroce zuffa seguivane, nè senza eccidio della città. Poich'era Lucio Vitellio, sebbene infame, operoso: nè, come i buoni, per le virtù, ma pe' vizj, come i ribaldi, valeva.

78. Mentre ciò s'opera da' Vitelliani, di Narni uscito l'esercito di Vespasiano, celebrava tranquillamente in Otricoli i Saturnali. Nasceva il perverso indugio dall'aspettare Muciano. Nè mancò chi sospettasse d'Antonio, e l'accagionasse, che frodolentemente temporeggiava poichè *Vitellio segretamente gli scrisse, offerendogli il consolato, e la figliuola nubile, e splendidissima dote, a premio di tradimento*. Altri *ciò* dissero *menzogna ordita per lusingare Muciano*. Certi, *che fu consiglio di tutti i capi mostrar più tosto la guerra a Roma, che fargliela; poichè s'erano già ribellate a Vitellio le truppe più poderose, e parea che troncatogli ogni altro ajuto, ei deporrebbe l'Impero. Ma tutto guastò la fretta, poi la viltà di Sabino, che, prese l'armi furiosamente, non seppe la validissima rocca del Campidoglio, ed anche da grandi eserciti inespugnabile, da tre coorti difendere*. Male ad un solo s'imputerebbe una colpa, che fu di tutti: poichè e Muciano con doppie lettere i vincitori tardava; ed Antonio per deferenza perversa, e gittar l'odio in altrui, reo si rendette; e gli altri capi, col reputare la guerra spenta, il fine ne segnalarono. Neppur Petilio Ceriale, spedito innanzi ad attraversar la Sabina, e per la via Salaria entrar con mille cavalli in Roma, bastantemente affrettò: sinochè il grido del Campidoglio assediato tutti riscosse.

79. *Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra, multo jam noctis, serum auxilium venit. Illic* interfectum Sabinum, conflagrasse Capitolium, tremere urbem, *maesta omnia accepit:* plebem quoque et servitia pro Vitellio armari, *nuntiabatur. Et Petilio Ceriali equestre proelium adversum fuerat. Namque incautum, et tamquam ad victos ruentem, Vitelliani, interjectus equiti pedes, excepere. Pugnatum haud procul urbe, inter aedificia hortosque et anfractus viarum: quae gnara Vitellianis, incomperta hostibus, metum fecerant. Neque omnis eques concors, adjunctis quibusdam, qui nuper apud Narniam dediti, fortunam partium speculabantur. Capitur Praefectus alae, Tullius Flavianus: coeteri foeda fuga consternantur, non ultra Fidenas secutis victoribus.*

80. *Eo successu studia populi aucta. Vulgus urbanum arma cepit. Paucis scuta militaria, plures, raptis, quod cuique obvium, telis,* signum pugnae *exposcunt. Agit grates Vitellius, et* ad tuendam urbem prorumpere *jubet. Mox, vocato Senatu, deliguntur legati ad exercitus, ut praetexto Reipub. concordiam pacemque suaderent. Varia legatorum sors fuit. Qui Petilio Ceriali occurrerant, extremum discrimen adiere, adspernante milite conditiones pacis. Vulneratur Praetor, Arulenus Rusticus. Auxit invidiam, super violatum legati Praetorisque nomen, propria dignatio viri. Palantur comites: occiditur proximus lictor, dimovere turbam ausus: et, ni dato a Duce praesidio defensi forent, sacrum*

79. Antonio per la Flaminia a'Sassi Rossi giunse tardo soccorso a notte molto avanzata. Ivi intese *Sabino ucciso*, *il Campidoglio arso*, *Roma tremante*, *ed in travaglio ogni cosa*. Annunziavasi, *che ancor la plebe e gli schiavi armavansi per Vitellio*. E la cavalleria di Ceriale fu rotta: perchè, scagliandosi incautamente come su vinti, la fanteria Vitelliana alla cavalleria mescolatasi lo riscontrò: fu combattuto non lungi dalla città fra case ed orti e viottole, che note a' Vitelliani, a' nemici ignote lo sbigottirono. Nè già tutta la cavalleria fu concorde, sendovi alcuni, che datisi dianzi a Narni stavansi ad osservar chi vincesse. Fu preso il capitan d'una squadra Tullio Flaviano: gli altri con brutta fuga si dileguarono, non inseguiti oltre Fidene da' vincitori.

80. Per tal successo crebbe l'ardore del popolo; il volgo della città prese l'armi; pochi guerniti di scudo; i più di quanto lor nella furia s'avvenne, chiedono il segno della battaglia. Ne li ringrazia Vitellio, e impone *ch' escano arditi a difendere la città*. Raccolto quindi il Senato, sceglie ambasciadori, *che dagli eserciti impetrino a nome della Repubblica concordia e pace*. Ebbero varia sorte gli ambasciadori. Quelli, che a Ceriale si presentarono, corsero estremo pericolo, non ascoltando il soldato proposizioni di pace. Fu ferito il Pretore Aruleno Rustico. Rese più grave il misfatto, oltre il carattere di ambasciadore e di pretore violato, la personale sua dignità: dispergonsi i suoi compagni: uccidesi il vicino littore, arditosi a dis-

etiam inter exteras gentes legatorum jus, ante ipsa patriae moenia, civilis rabies usque iu exitium temerasset. Aequjoribus animis accepti sunt, qui ad Antonium venerant, non quia modestior miles, sed Duci plus auctoritatis.

81. *Miscuerat se legatis Musonius Rufus, Equestris ordinis, studium philosophiae et placita Stoicorum aemulatus: coeptabatque, permixtus manipulis*, bona pacis ac belli discrimina *disserens, armatos monere. Id plerisque ludibrio, pluribus taedio: nec deerant, qui propellerent proculcarentque, ni, admonitu modestissimi cujusque, et aliis minitantibus, omisisset intempestivam sapientiam. Obviae fuere et virgines Vestales cum epistolis Vitellii, ad Antonium scriptis:* eximi supremo certamini unam diem, *postulabat*; si moram interjecissent, facilius omnia conventura. *Virgines cum honore dimissae: Vitellio rescriptum*, Sabini caede, et incendio Capitolii dirempta belli commercia.

82. *Tentavit tamen Antonius vocatas ad concionem legiones mitigare*, ut, castris juxta pontem Milvium positis, postera die urbem ingrederentur. *Ratio cunctandi, ne asperatus proelio miles, non Populo, non Senatui, ne templis quidem ac delubris Deorum consuleret. Sed omnem prolatationem, ut inimicam victoriae, suspectabant. Simul fulgentia per colles vexilla, quamquam imbellis populus sequeretur, speciem hostilis exercitus fecerant. Tripartito agmi-*

sipare la calca; e se una guardia dal capitano apprestata non difendevali, la rabbia civile avrebbe l'autorità delle ambascerie, sacra agli stessi barbari, in sulle mura medesime della patria, violata sia colla morte. Ebber migliore incontro que' che ad Antonio trassero, non perchè più mansueto il soldato, ma era autorità maggiore nel capitano.

81. Erasi mescolato agli ambasciadori Musonio Rufo, di grado equestre, e professore di Stoica filosofia: e tramettendosi fra le squadre prendeva ad ammonire i soldati rappresentando l' utilità della pace e i pericoli della guerra. Molti per giuoco, i più l'udivano con dispetto: e v' era già chi scacciavalo e calpestavalo, se per consiglio de' più tranquilli e alle minacce degli altri non tralasciava l'intempestiva filosofia. Mossero ancor le Vestali con lettere di Vitellio ad Antonio: chiedevano *un giorno solo di tregua: in questo breve respiro si comporrebbe agevolmente ogni cosa*. Le Vergini orrevolmente si congedarono; fu risposto a Vitellio, *con l' uccision di Sabino e l' incendio del Campidoglio ogni trattato fu rotto*.

82. Tentò nondimeno Antonio di mitigar le legioni, adunatele a parlamento, *perchè accampatesi a Ponte Molle in Roma entrassero il dì vegnente*. Voleva temporeggiare, per impedir che il soldato, inferocito dalla battaglia, non risparmiasse il popolo, non il Senato, nè i templi e i santuarj medesimi degli Dei. Ma sospettavano d'ogn'indugio, come nemico della vittoria. Nel tempo stesso le insegne sfolgoreggianti per le colline, benchè seguite da volgo imbelle, spiegavan forme di ostile

ne, pars, ut adstiterat, Flaminia via; pars juxta ripam Tiberis incessit: tertium agmen per Salariam Collinae portae propinquabat. Plebs invectis equitibus fusa. Miles Vitellianus trinis et ipse praesidiis occurit. Proelia ante urbem multa et varia: sed Flavianis, consilio Ducum praestantibus, saepius prospera. Ii tantum conflictati sunt, qui in partem sinistram urbis, ad Sallustianos hortos, per angusta et lubrica viarum flexerant. Superstantes maceriis hortorum Vitelliani, ad serum usque diem, saxis pilisque subeuntes arcebant: donec ab equitibus, qui porta Collina inruperant, circumvenirentur. Concurrere et in campo Martio infestae acies. Pro Flavianis fortuna, et parta totiens victoria; Vitelliani desperatione sola ruebant: et, quamquam pulsi, rursus in urbe congregabantur.

83. *Aderat pugnantibus spectator populus, utque in ludicro certamine, hos, rursus illos clamore et plausu fovebat: quotiens pars altera inclinasset, abditos in tabernis, aut, si quam in domum perfugerant*, erui jugularique *expostulantes, parte majore praedae potiebantur. Nam, milite ad sanguinem et caedes obverso, spolia in vulgus cedebant. Saeva ac deformis urbe tota facies. Alibi proelia et vulnera; alibi balineae popinaeque: simul cruor et strues corporum: juxta scorta, et scortis similes: quantum in luxurioso otio libidinum; quidquid in acerbissima captivitate scelerum: prorsus ut eandem civitatem et furere crederes et lascivire. Confli-*

esercito. In tre corpi adunque, un per la via Flaminia, ove già si trovava, un lungo il Tevere, l'altro alla Porta Collina per la Salaria avanzavano. La plebe all'urto della cavalleria sbaragliossi. I Vitelliani ancora in tre corpi accorrono. Molte ed ambigue zuffe fuori della città, ma più spesso a'Flaviani prospere pel maggior senno de'capitani. Que'solamente furono travagliati, che agli orti Sallustiani a sinistra per insidiose ed anguste vie si diressero. I Vitelliani di sopra alle macerie degli orti, in sino a sera, con sassi ed aste battevano gli aggressori, sinochè da' cavalli, che dalla porta Collina ruppero, si circonvennero. Nel Campo Marzio ancora l'armi nemiche azzuffaronsi. Per i Flaviani combattea la fortuna, e la tante volte acquistata vittoria: i Vitelliani la sola disperazione infiammava; e benchè rotti, si raccozzavan di nuovo nella città.

83. Stavasi il popolo a contemplar la battaglia, e come a festiva lotta or questi or quelli con grida e plausi animava. Qualor piegava una parte, gridando egli che i ricovratisi nelle botteghe, o rifuggitisi in qualche casa, *se n'estraessero e si scannassero*, di quasi tutta la preda s'impadroniva: perocchè, intento il soldato alla strage e al sangue, eran le spoglie del volgo. Crudele e mostruoso spettacolo per tutta Roma: colà battaglie e ferite; qua bagni e crapole: sangue insieme e cataste di morti; e là bordelli e baccani: tutta la voluttà di lussuriosa pace; tutte le atrocità di prigionia crudelissima: avresti creduto in somma, che la stessa città trescasse ed inferocisse. Aveano in Ro-

xerant ante armati exercitus in urbe, bis L. Sulla, semel Cinna victoribus; nec tunc minus crudelitatis: nunc inhumana securitas, et ne minimo quidem temporis voluptates intermissae. Velut festis diebus id quoque gaudium accederet, exsultabant, fruebantur; nulla partium cura, malis publicis laeti.

84. *Plurimum molis in oppugnatione castrorum fuit, quae acerrimus quisque, ut novissimam spem, retinebant. Eo intentius victores, praecipuo veterum cohortium studio, cuncta validissimarum urbium excidiis reperta simul admovent, testudinem, tormenta, aggeres, facesque:* quidquid tot proeliis laboris ac periculi hausissent, opere illo consummari, *clamitantes*. Urbem Senatui ac Pop. Rom. templa Diis reddita: proprium esse militis decus in castris. Illam patriam, illos Penates. Ni statim recipiantur, noctem in armis agendam. *Contra Vitelliani, quamquam numero fatoque dispares, inquietare victoriam, morari pacem, domos arasque cruore foedare, suprema victis solatia amplectebantur. Multi semianimes, super turres et propugnacula moenium expiravere. Convulsis portis, reliquus globus obtulit se victoribus: et cecidere omnes contrariis vulneribus, versi in hostem. Ea cura etiam morientibus decori exitus fuit.*

85. *Vitellius, capta urbe, per aversam palatii partem, Aventinum, in domum uxoris, sellula defertur: ut, si diem latebra vitavisset,*

ma già battagliato eserciti, due volte Silla vincendo, una Cinna, nè fu minor crudeltà: ora brutale spensieratezza, nè interrotti pur d'un istante i piaceri, come se a dì festivi tal gioja ancor s'aggiungesse, esultavano, folleggiavano; senz'affezione alle parti, lieti de' pubblici mali.

84. Costò gran sangue l'espugnazione del campo, che qual estrema speranza da' più feroci si difendeva. Con tanto maggior ardore i vincitori, massime i veterani, macchine insieme e testuggini e torri e fiaccole, quanto fu mai trovato ad abbattere città fortissime, appressano, schiamazzando *con quell' impresa finirsi tutti i travagli e i pericoli durati in tante battaglie. Al Senato e Popol Romano restituitasi la città, i templi agl' Iddii: esser nel campo il proprio onor del soldato; quella la patria sua; quella la sua famiglia; se subito non si espugni, doversi vegliar la notte sull' armi*. I Vitelliani all' opposto, benchè di numero e di fortuna inferiori, turbavano la vittoria, ritardavan la pace, bruttavan are e padiglioni di sangue, prendeansi l'ultime consolazioni de' vinti [8]. Molti, già semivivi, sopra le torri e in difesa delle muraglie spirano. Svelte le porte, gli altri ristretti insieme ne' vincitori avventaronsi, e tutti caddero feriti al petto, col viso contro al nemico. Tale morendo ancora gli accese brama di morte onorata.

85. Vitellio, espugnata Roma ne va per l'uscio di dietro in seggiola nell' Aventino alla moglie, per poter poi, se riusciva a celarsi il dì, fuggirsene in

Tarracinam ad cohortes fratremque perfugeret. Dein mobilitate ingenii, et quae natura pavoris est, cum omnia metuenti praesentia maxime displicerent, in palatium regreditur, vastum desertumque: dilapsis etiam infimis servitiorum, aut occursum ejus declinantibus. Terret solitudo, et tacentes loci: tentat clausa: inhorrescit vacuis: fessusque misero errore, et pudenda latebra semet occultans, ab Julio Placido, Tribuno cohortis, protrahitur. Vinctae pone tergum manus: laniata veste, foedum spectaculum, ducebatur, multis increpantibus, nullo inlacrimante. Deformitas exitus misericordiam abstulerat. Obvius e Germanicis militibus Vitellium infesto ictu, per iram, vel quo maturius ludibriis eximeret, an Tribunum appetierit, in incerto fuit: aurem Tribuni amputavit, ac statim confossus est. Vitellium, infestis mucronibus coactum, modo erigere os et offerre contumeliis, nunc cadentes statuas suas, plerumque Rostra, et Galbae occisi locum contueri; postremò ad Gemonias, ubi corpus Flavii Sabini jacuerat, propulere. Vox una non degeneris animi excepta, cum Tribuno insultanti, se tamen Imperatorem ejus fuisse, *respondit. Ac deinde ingestis vulneribus concidit. Et vulgus eadem pravitate insectabatur interfectum, qua foverat viventem.*

86. *Patria illi Luceria. Septimum et quinquagesimum aetatis annum explebat. Consulatum, Sacerdotia, nomen locumque inter primores, nulla sua industria, sed cuncta patris cla-*

Terracina alle coorti e al fratello. Poi per leggerezza di spirito, e, com'è proprio della paura che, d'ogni cosa temendosi, le presenti principalmente dispiacciano, tornasi nel palazzo muto e deserto, anche i più vili schiavi sbandatisi o fuggendo di riscontrarlo. La solitudine ed il silenzio lo agghiaccia: sforza le camere; il vuoto lo raccapriccia: e stracco di più vagare miseramente, e in vergognoso aguato occultandosi, vien tratto fuori da Giulio Placido, tribuno d'una coorte. Si conduceva, le mani legate al dosso, con veste lacera, obbrobrioso spettacolo, molti insultandolo, niun compiangendolo: sì mostruoso fine ogni pietade avea spenta. Un de' soldati Germanici, riscontrandolo, tirogli un colpo per ira, o per toglierlo più prestamente agli strazj: è dubbio s' egli mirasse al tribuno; troncò al tribuno un' orecchia, e tosto fu trucidato. Vitellio con i pugnali in sul viso, ora sforzato ad alzar la faccia e presentarla agli sgherri, ora a mirar lo strazio delle sue statue, sovente i rostri ed il luogo di Galba ucciso, in ultimo alle Gemonie, ove il tronco di Flavio Sabino giacque, lo strascinarono. Una parola sola gli uscì d' animo non ignobile, quando al tribuno che l' insultava, *son io pur stato tuo imperadore*, rispose; e quindi lacero cadde dalle ferite. Ed il volgo con la stessa perversità spento lo calpestava, con cui vivo lo favoriva.

86. Eragli patria Lucera: compiea cinquantasett' anni. Consolato, sacerdozj, e nome e luogo tra' grandi, per niun suo merito, ma tutto ottenne per la chiarezza del padre. Diedegli il princi-

ritudine adeptus. Principatum ei detulere, qui ipsum non noverant. Studia exercitus, raro cuiquam, bonis artibus quaesita, perinde adfuere, quam huic per ignaviam. Inerat tamen simplicitas ac liberalitas: quae, ni adsit modus, in exitium vertuntur. Amicitias, dum magnitudine munerum, non constantia morum, continere putat, meruit magis, quam habuit. Reip. haud dubie intererat, Vitellium vinci: sed imputare perfidiam non possunt, qui Vitellium Vespasiano prodidere, cum a Galba descivissent. Praecipiti in occasum die, ob pavorem Magistratuum Senatorumque, qui dilapsi ex urbe, aut per domos clientium semet occultabant, vocari Senatus non potuit. Domitianum, postquam nihil hostile metuebatur, ad Duces partium progressum, et Caesarem *consalutatum, miles frequens, utque erat in armis, in paternos Penates deduxit.*

pato chi non lo conosceva. Pochi il favor degli e-
serciti con la virtù guadagnaronsi, come costui con
l' ignavia. Era per altro semplice e liberale; virtù
che volgonsi, non moderate, a rovina. Amicizie,
studiandosi a conservarle con la grandezza de' do-
ni, non con la egualità de' costumi, meritò più
che non s' ebbe. Alla repubblica premeva certo
che si vincesse Vitellio; non perciò possono di lor
perfidia aver merito que' che Vitellio per Vespa-
siano tradirono, essendosi ribellati da Galba. Pie-
gando il giorno al tramonto, per lo spavento de' ma-
gistrati e de' senatori, che di città fuggironsi,
o per le case de' clienti s' ascosero, non potè riu-
nirsi il Senato. Domiziano, cessata ogni paura o-
stile, recatosi a' capi della fazione, ed acclamatone
Cesare fu da gran truppa, e qual era in armi,
tratto alla casa paterna.

C. CORNELII

TACITI

HISTORIARUM

LIBER QUARTUS

1. *Interfecto Vitellio, bellum magis desierat, quam pax coeperat. Armati per urbem victores, implacabili odio, victos consectabantur. Plenae caedibus viae, cruenta fora templaque, passim trucidatis, ut quemque fors obtulerat. Ac mox, augescente licentia, scrutari, ac protrahere abditos: si quem procerum habitu et juventa prospexerant, obtruncare, nullo militum, aut populi discrimine. Quae saevitia, recentibus odiis, sanguine explebatur, dein verterat in avaritiam. Nihil usquam secretum aut clausum sinebant,* Vitellianos occultari, *simulantes. Initium id perfringendarum domuum; vel, si resisteretur, caussa caedis. Nec deerat egentissimus quisque ex plebe: et pessimi servitiorum prodere ultro dites dominos: alii ab amicis monstrabantur. Ubique lamenta, conclamationes, e forma captae urbis: adeo ut Othoniani Vitellianique militis invidiosa antea petulantia desideraretur. Duces partium, accendendo civili bello*

STORIE

DI

C. CORNELIO TACITO

LIBRO QUARTO

1. Spento Vitellio, cessò più tosto la guerra, che principiasse la pace. I vincitori armati per la città con implacabil odio perseguitavano i vinti: piene le vie di stragi, le piazze e i templi di sangue, trucidandosi da per tutto chiunque mai s'imbatteva. Infuriando poi la licenza, spiavano e strascinavan gli ascosi: qualunque giovane d'alta persona avvisassero, lo straziavano, senza distinguere se cittadino o soldato; la qual fierezza nella fresch'ira di sangue si dissetava, quindi si volse in rapacità: non tolleravan luogo riposto o chiuso, fingendo *vi si celassero Vitelliani*. Quinci si diedero a romper case o ad uccidere chi s'attentasse a resistere: nè mancavano i più tapini del volgo ed i tristi schiavi di palesare i ricchi padroni: gli altri additavansi dagli amici. Per tutto lamenti, ululi, e forma di espugnata città: talchè la dianzi odiosa insolenza degli Ottoniani e de' Vitelliani desideravasi. I capi della fazione, fieri ad accendere civil guerra, eran deboli a raffrenar la vittoria: per-

acres, temperandae victoriae impares. Quippe in turbas et discordias pessimo cuique plurima vis: pax et quies bonis artibus indigent.

2. *Nomen sedemque Caesaris Domitianus acceperat: nondum ad curas intentus, sed stupris et adulteriis filium Principis agebat. Praefectura Praetorii penes Arrium Varum: summa potentiae in Primo Antonio. Is pecuniam familiamque e Principis domo, quasi Cremonensem praedam, rapere: ceteri modestia vel ignobilitate, ut in bello obscuri, ita praemiorum expertes. Civitas pavida et servitio parata*, occupari redeuntem Tarracina L. Vitellium cum cohortibus, extinguique reliqua belli, *postulabat. Praemissi Ariciam equites: agmen legionum intra Bovillas stetit. Nec cunctatus est Vitellius, seque et cohortes arbitrio victoris permittere. Et miles infelicia arma, haud minus ira, quam metu abjecit. Longus deditorum ordo, septus armatis, per urbem incessit. Nemo supplici vultu, sed tristes et truces, et adversum plausus ac lasciviam insultantis vulgi immobiles. Paucos erumpere ausos, circumjecti pressere: ceteri in custodiam conditi. Nihil quisquam locutus indignum, et, quamquam inter adversa, salva virtutis fama. Dein L. Vitellius interficitur, par vitiis fratris, in Principatu ejus vigilantior; nec perinde prosperis socius, quam adversis abstractus.*

3. *Iisdem diebus Lucilius Bassus, cum expedito equite, ad componendam Campaniam mit-*

chè fra le discordie e i tumulti preval la furia de' pessimi; pace e quiete abbisognano di virtù.

2. Domiziano avea preso nome e seggio di Cesare: non ancor volto agli affari, ma con adulterj e stupri si mostrava figlio del principe. Era presso Arrio Varo il governo de' pretoriani; il poter sommo in Antonio. Questi dalla casa del principe, quai cremonesi spoglie, danari e schiavi rapiva. Gli altri per modestia od ignobiltà, come non segnalatisi in guerra, così niun premio ne attinsero. Roma tremante, e pronta a servire, chiedeva, *che si cogliesse L. Vitellio in sul tornar con le truppe da Terracina, e quell' avanzo di guerra si esterminasse*. Spedironsi i cavalli alla Riccia: di qua da Boville fermossi il nervo delle legioni. Nè indugiò Vitellio con le coorti a rendersi a discrezione. Ed il soldato, non meno d' ira che di paura, depose l' armi infelici. La lunga fila de' prigionieri, cinta d' armati, per mezzo Roma passò: niuno con supplichevole aspetto, ma dispettosi e feroci, e contro i plausi e gli scherni dell' insolente volgo imperterriti. Pochi, tentando scappare, s' oppressero da' circostanti; gli altri si chiusero in carcere: parola indegna da niuno si proferì; e benchè in mezzo agli oltraggi fortezza e gloria serbarono. Poi Lucio Vitellio uccidesi, pari di vizj al fratello, nel Principato di lui più scaltro; nè così di sua fortuna compagno, come ne fu strascinato dalla rovina.

3. Ne' giorni stessi Lucilio Basso con pronta cavalleria fu spedito ad acquetar la Campania tumul-

titur: discordibus municipiorum animis, magis inter semet, quam contumacia adversus Principem. Viso milite quies: et minoribus coloniis impunitas. Capuae legio tertia hiemandi caussa locatur; et domus inlustres adflictae; cum contra Tarracinenses nulla ope juvarentur. Tanto proclivius est injuriae, quam beneficio, vicem exsolvere: quia gratia oneri, ultio in quaestu, habetur. Solatio fuit servus Verginii Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo adfixus, in iisdem annulis, quos acceptos a Vitellio gestabat. At Romae Senatus cuncta Principibus solita Vespasiano decernit, laetus et spei certus. Quippe sumpta per Gallias Hispaniasque civilia arma, motis ad bellum Germanis, mox Illyrico, postquam Aegyptum, Judaeam, Syriamque, et omnis provincias exercitusque lustraverant, velut expiato terrarum orbe, cepisse finem videbantur. Addidere alacritatem Vespasiani litterae, tamquam manente bello scriptae. Ea prima specie forma: ceterum ut Princeps loquebatur, civilia de se, de Rep. egregia. Nec Senatus obsequium deerat. Ipsi Consulatus cum Tito filio, Praetura Domitiano et Consulare Imperium *decernuntur.*

4. *Miserat et Mucianus epistolas ad Senatum, quae materiam sermonibus praebuere:* si privatus esset, cur publice loqueretur? potuisse eadem, paucos post dies, loco sententiae dici. *Ipsa quoque insectatio in Vitellium sera et sine libertate. Id vero erga Remp. superbum, erga Principem contumeliosum, quod,* in manu sua fuisse Imperium,

tuante più per discordie municipali, che per fierezza contro del principe. Vedute l'armi quetossi; e alle minori colonie si perdonò. Si pose in Capua a svernare la legion terza, e le case illustri atterraronsi: mentre per lo contrario i Terracinesi di niun ajuto si ristorarono. Tanto più inclinasi a ricambiar l'ingiuria, che il benefizio; perchè si tiene la gratitudine a carico, e la vendetta a guadagno. Fu lor di sollievo il servo di Capitone, che Terracina, come narrammo, tradì, posto in croce con i medesimi anelli in dito, che ricevè da Vitellio. A Roma intanto il Senato a Vespasiano decreta quanto accostumasi a' principi, con lieta e ferma speranza. Perocchè l'armi civili, mosse per le Gallie e le Spagne, destata a guerra la Germania e l'Illiria, poichè percorser l'Egitto e la Giudea e la Siria e tutte le provincie e gli eserciti, quasi purgata l'intera terra, pareva si tranquillassero. Baldanza accrebber le lettere di Vespasiano, composte come pur guerra ardesse; tali erano i primi tratti: di poi, qual Principe, ragionava, popolarmente di sè, nobilmente della Repubblica; nè mancava di riverenza al Senato. Il consolato ad esso ed al figliuol Tito, a Domiziano decretasi la pretura e consolar potestà.

4. Scrisse anche Muciano al Senato; e diede assai da parlare: *se cittadino egli era, perchè parlava con pubblica autorità? poteva fra pochi giorni le stesse cose proporre, qual Senatore.* Anche le stesse invettive contro Vitellio non erano che insulti vili ad un morto: quanto poi tracotante per la Repubblica, oltraggioso al Principe il

donatumque Vespasiano, *jactabat. Ceterum invidia in occulto; adulatio in aperto erant. Multo cum honore verborum* Muciano triumphalia *de bello civili data: sed* in Sarmatas expeditio *fingebatur. Adduntur* Primo Antonio Consularia, Cornelio Fusco, et Arrio Varo, Praetoria insignia. *Mox Deos respexere.* Restitui *placuit* Capitolium. *Eaque omnia Valerius Asiaticus, Consul designatus, censuit: ceteri vultu manuque: pauci, quibus conspicua dignitas, aut ingenium adulatione exercitum, compositis orationibus adsentiebantur. Ubi ad Helvidium Priscum, Praetorem designatum, ventum, prompsit sententiam, ut honorificam in bonum Principem; falsa aberant; et studiis Senatus adtollebatur. Isque praecipuus illi dies, magnae offensae initium, et magnae gloriae fuit.*

5. *Res poscere videtur, quia iterum in mentionem incidimus viri, saepius memorandi, ut vitam studiaque ejus, et quali fortuna sit usus, paucis repetam. Helvidius Priscus, Tarracinae municipio, Cluvio patre, qui ordinem primipili duxisset, ingenium inlustre altioribus studiis juvenis admodum dedit: non ut plerique, ut nomine magnifico segne otium velaret, sed quo firmior adversus fortuita Rempub. capesseret. Doctores sapientiae secutus est, qui sola bona, quae honesta, mala tantum, quae turpia: potentiam, nobilitatem, ceteraque extra animum, neque bonis, neque malis adnumerant. Quaestorius adhuc, a Paeto Thrasea gener delectus, e moribus soceri nihil aeque ac libertatem hau-*

vanto, *ch' e' s' ebbe in mano l' impero, e datolo a Vespasiano!* ma ne fremevano occultamente, palesemente lo festeggiavano. Con molta dignità di parole si diedero le trionfali a Muciano; ma pretestavasi *la spedizione ne' Sarmati. A Primo Antonio le consolari insegne; a Cornelio Fusco e ad Arrio Varo* s'aggiungono *le pretorie*. Poi ricordaronsi degli Dei. Piacque *che il Campidoglio si ristorasse*. E tutto ciò propose Valerio Asiatico, Consolo eletto: gli altri con gesti, e con cenni; pochi, di grado eminente o d'ingegno esperto in adulazioni, con dicerìe composte assentivano. Ove si giunse ad Elvidio Prisco, pretore eletto, profferì voto onorifico per buon Principe; scevro di falsità; celebrato ardentemente da' Padri. E questo giorno principalmente per esso fu di grand' odio e di gran nome principio.

5. Sembra espediente, poichè torniamo a far menzione di un uomo, che dovrà spesso rammemorarsi, e vita e studj e fortuna, qual gli si avvenne, adombrarne. Elvidio Prisco, nato, nel municipio di Terracina, di Cluvio, stato già caposquadra, assai giovane il chiaro ingegno a gravi studj appiicò: non per velare, siccome i più, con pomposo nome un ozio infingardo; ma per entrare, più saldo contro la sorte, al governo della repubblica. Seguitò que' filosofi, che solo bene l'onestà credono, male soltanto la turpitudine: potenza, nascita, e quanto è fuori dell'animo, fra' beni o mali non pongono. Scelto, non più che questore, da Peto Trasea a genero, da' costumi del suocero null' altro attinse quanto la libertà: cittadino, senatore,

sit : *civis*, *senator*, *maritus*, *gener*, *amicus*, *cunctis vitae officiis aequabilis*, *opum contemptor*, *recti pervicax*, *constans adversus metus*.

6. *Erant*, *quibus adpetentior famae videretur*, *quando etiam sapientibus cupido gloriae novissima exuitur*. *Ruina soceri in exilium pulsus*, *ut*, *Galbae principatu*, *rediit*, *Marcellum Eprium*, *delatorem Thraseae*, *accusare adgreditur*. *Ea ultio*, *incertum*, *major an justior*, *Senatum in studia diduxerat*. *Nam*, *si caderet Marcellus*, *agmen reorum sternebatur*. *Primo minax certamen*, *et egregiis utriusque orationibus testatum*. *Mox*, *dubia voluntate Galbae*, *multis Senatorum deprecantibus*, *omisit Priscus* : *variis*, *ut sunt hominum ingenia*, *sermonibus*, *moderationem laudantium*, *aut constantiam requirentium*. *Ceterum*, *eo Senatus die*, *quo* de Imperio Vespasiani *censebant*, *placuerat* mitti ad Principem Legatos. *Hinc inter Helvidium et Eprium acre jurgium*. *Priscus*, eligi nominatim a magistratibus juratis; *Marcellus* urnam *postulabat* : *quae Consulis designati sententia fuerat*.

7. *Sed Marcelli studium proprius rubor excitabat*, *ne*, *aliis electis*, *posthabitus crederetur*. *Paullatimque*, *per altercationem*, *ad continuas et infestas orationes provecti sunt*, *quaerente Helvidio*, quid ita Marcellus judicium Magistratuum pavesceret? esse illi pecuniam, et eloquentiam, quis multos anteiret, ni memoria flagitiorum urgeretur. Sorte et urna mores non discerni: suffragia et existimationem Senatus reperta, ut in cu-

marito, genero, amico, sempre buono e sempre lo stesso; disprezzatore delle ricchezze; tenace dell'onestà; fermo contr'ogni paura.

6. Eravi chi tenevalo troppo bramoso di fama: giacchè l'ultima è ne' sapienti a spegnersi l'avidità della gloria. Cacciato in bando nella ruina del suocero, tosto che ritornò nel principato di Galba, ad accusare s'accinse Marcello Eprio, accusator di Trasea. Tale vendetta, non so se più grande o giusta, avea diviso il Senato; perchè, se rovinava Marcello, un branco di accusatori atterravasi. La mischia in prima fu minaccevole, come attestano l'egregie arringhe di entrambi. Poscia, mostrandosi incerto Galba, molti pregandolo de' senatori, Prisco cessò; tra 'l vario, com' è il pensare degli uomini, ragionarsene da chi lodavane la modestia, e da chi la costanza desideravane. Ma il dì, che dell'imperio trattavasi di Vespasiano, piacque inviare al principe ambasciadori. Quindi contesa atroce tra Elvidio ed Eprio. Chiedeva Elvidio, *che i Magistrati con giuramento li nominassero:* Marcello, *che si traessero a sorte*, giusta il parere del Console disegnato.

7. Ma stimolava Marcello il rossore di non parere posposto ad altri, che si eleggessero. E a poco a poco, altercando, a lunghe e feroci aringhe trascorsero, chiedendo Elvidio, *perchè Marcello temesse tanto il giudizio de' magistrati? aver pur esso ed eloquenza e danaro da vincer molti se rea coscienza nol travagliasse. La sorte e l'urna non divisare i costumi: il giudizio e il voto del Senato trovatisi per sindacare la vita e*

jusque vitam famamque penetrarent. Pertinere ad utilitatem Reip. pertinere ad Vespasiani honorem, occurrere illi, quos innocentissimos Senatus habeat, qui honestis sermonibus aures Imperatoris imbuant. Fuisse Vespasiano amicitiam cum Thrasea, Sorano, Sentio: quorum adcusatores, etiamsi puniri non oporteat, ostentari non debere. Hoc Senatus judicio, velut admoneri Principem, quos probet, quos reformidet. Nullum majus boni Imperii instrumentum, quam bonos amicos. Esse satis Marcello, quod Neronem in exitium tot innocentium impulerit. Frueretur praemiis et impunitate; Vespasianum melioribus relinqueret.

8. *Marcellus*, non suam sententiam impugnari, sed Consulem designatum censuisse, *dicebat*, secundum vetera exempla, quae sortem legationibus posuissent, ne ambitioni aut inimicitiis locus foret. Nihil evenisse, cur antiquitus instituta exolescerent; aut Principis honor in cujusquam contumeliam verteretur. Sufficere omnes obsequio. Id magis vitandum, ne pervicacia quorundam irritaretur animus, novo Principatu suspensus, et vultus quoque ac sermones omnium circumspectans. Se meminisse temporum, quibus natus sit, quam civitatis formam patres avique instituerint: ulteriora mirari, praesentia sequi: bonos Imperatores voto expetere, qualescumque tolerare. Non magis sua oratione Thraseam, quam judicio Senatus adflictum. Saevitiam Neronis per hujusmodi imagines inlusisse. Nec minus sibi anxiam talem amicitiam, quam aliis exilium. Denique constantia, fortitudine, Catonibus et Brutis aequaretur Helvidius: se unum

il credito di ciascuno. Esiger l'utile della repubblica, l'onore di Vespasiano esigere, che que' l'incontrino, che il Senato reputa innocentissimi, che di oneste cose empian le orecchie del principe. Fu Vespasiano amico di Trasea, di Sorano, di Senzio; nè convenirsi mostrargliene, benchè a punire non s' abbiano, gli accusatori. Con tale disamina del Senato quasi ammonirsi il principe quali amar debba o fuggire. Essere i buoni amici il maggiore istromento di un buon imperio. Basti a Marcello di aver sospinto Nerone a straziar tanti innocenti. Godane i premj e l'impunità; lasci Vespasiano a' migliori.

8. Marcello, *non impugnarsi la sua*, diceva, *ma la sentenza del Consolo, che agli usi antichi s' attenne di trarre a sorte le ambascerie, perchè brighe e rivalità non sorgessero. Nulla avvenuto, onde scadano gli antichi ordini, e in altrui scorno rivolgasi l' onor del principe. Tutti per un omaggio esser buoni. Doversi badar più tosto che dalla caparbietà d' alcuni non s' irritasse l'animo incerto di nuovo principe, d' ogni accento, d' ogni fisonomia sospettoso* [1]. *Ei ricordarsi in quali tempi nascesse, qual ordine di governo i padri e gli avi ordinassero: ammirare le antiche forme, alle presenti attenersi: desiderar buoni principi; sopportarli qualunqu' e' sieno. Trasea non meno abbattuto dall' orazione sua, che dal giudizio de' Padri. Con queste finte straziava la crudeltà di Nerone: nè meno angosciosa fu tale amicizia per lui, che ad alcun altro l' esilio. In fine per virtù, per costanza*

esse ex illo Senatu, qui simul servierit. Suadere etiam Prisco, ne supra Principem scanderet: ne Vespasianum, senem triumphalem, juvenum liberorum patrem, praeceptis coerceret. Quo modo pessimis Imperatoribus sine fine dominationem, ita quamvis egregiis modum libertatis, placere. *Haec, magnis utrimque contentionibus jactata, diversis studiis accipiebantur. Vicit pars, quae sortiri Legatos malebat, etiam mediis Patrum adnitentibus, retinere morem. Et splendidissimus quisque eodem inclinabat, metu invidiae, si ipsi eligerentur.*

9. *Secutum aliud certamen. Praetores aerarii* (*nam tum a Praetoribus tractabatur aerarium*) publicam paupertatem *questi*, modum impensis *postulaverant. Eam curam Consul designatus, ob magnitudinem oneris et remedii difficultatem, Principi reservabat. Helvidius*, arbitrio Senatus agendum, *censuit. Cum perrogarent sententias Consules, Vulcatius Tertullinus, Tribunus plebis, intercessit*, ne quid super tanta re, Principe absente, statueretur. *Censuerat Helvidius*, ut Capitolium publice restitueretur, adjuvaret Vespasianus. *Eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde oblivio transmisit. Fuere, qui et meminissent.*

10. *Tum invectus est Musonius Rufus in* Publium Celerem, a quo Baream Soranum falso testimonio circumventum, *arguebat. Ea cognitione renovari odia adcusationum videbantur. Sed vilis et nocens reus, protegi non poterat. Quippe Sorani sancta memoria: Celer professus sapien-*

a' Catoni e a' Bruti Elvidio si pareggiasse: egli esser uno di quel Senato, che seco insieme servì. Consigliava anche Prisco a non sopraffare il principe, a non levarsi a maestro con Vespasiano, vecchio trionfale, padre di giovani figli. Come a pessimi imperadori dispotica signoria, così piacere anche agli ottimi temperanza di libertà. Così battendosi e lacerandosi, diversi affetti eccitavano. Vinse il partito, a cui piaceva la sorte, anche i neutrali sforzandosi a sostenere il costume. Ed a questo i più distinti inclinavano, per fuggir odio ove pur fossero eletti.

9. Altra contesa insorse. I Pretori (chè da' pretori allora si amministrava l'Erario) della povertà pubblica querelandosi, chiedevan freno alle spese. Tal cura il Consolo eletto, per la grandezza del carico e la difficoltà del rimedio, al principe riserbava. Elvidio deliberò, *che provvedesse il Senato.* Raccogliendo i pareri i Consoli, Vulcazio Tertullino tribuno della plebe vietò, *nulla su tanto affare intraprendere, assente il principe*. Aveva proposto Elvidio, *che il Campidoglio si ristorasse del pubblico, e Vespasiano vi concorresse*. Fu tal proposta da' più modesti tacitamente ascoltata, poi cadde in dimenticanza. V'ebbe chi pure la ricordò.

10. Quindi Musonio Rufo inveì contro di Publio Celere, caricandolo *di aver con falsa testimonianza oppresso Barea Sorano.* Parea che gli odj contro le accuse da tal giudizio si risvegliassero. Ma reo vile e colpevole non si poteva difendere; chè la memoria di Sorano era sacra: Celere,

tiam, dein testis in Baream proditor corruptorque amici, et cujus se magistrum ferebat. Proximus dies caussae destinatur. Nec tam Musonius aut Publius, quam Priscus et Marcellus ceterique, motis ad ultionem animis, expectabantur.

11. *Tali rerum statu, cum discordia inter Patres, ira apud victos, nulla in victoribus auctoritas, non leges, non Princeps in civitate essent, Mucianus urbem ingressus cuncta simul in se traxit. Fracta Primi Antonii Varique Arrii potentia, male dissimulata in eos Muciani iracundia, quamvis vultu tegeretur. Sed civitas, rimandis offensis sagax, verterat se transtuleratque. Ille unus ambiri, coli. Nec deerat ipse: stipatus armatis, domos hortosque permutans, adparatu, incessu, excubiis, vim Principis amplecti, nomen remittere. Plurimum terroris intulit caedes Calpurnii Galeriani. Is fuit filius C. Pisonis, nihil ausus: sed nomen insigne et decora ipsi juventa, rumore vulgi celebrabantur: erantque in civitate adhuc turbida, et novis sermonibus laeta, qui Principatus inanem ei famam circumdarent. Jussu Muciani custodia militari cinctus, ne in ipsa urbe conspectior mors foret, ad quadragesimum ab urbe lapidem, via Appia, fuso per venas sanguine extinguitur. Julius Priscus, Praetoriarum sub Vitellio cohortium Praefectus, se ipsum interfecit, pudore magis, quam necessitate. Alphenus Varus ignaviae infamiaeque suae superfuit. Asiaticus enim (is libertus) malam potentiam servili potentiam supplicio expiavit.*

professando filosofia, contro Sorano testimoniò, traditore e assassino di tale amico [2], di cui si celebrava maestro. Si deputa il dì vegnente alla causa. Nè tanto Musonio e Publio, quanto Marcello e Prisco, e gli altri mossi a vendetta aspettavansi.

11. In tale stato di cose, essendo in discordia i Padri, adirati i vinti, di niun'autorità i vincitori, non leggi in Roma, non principe, Muciano entrato nella città trasse a sè tosto ogni cosa. Fu la potenza di Primo Antonio e di Varo Arrio atterrata, mal infingendo Muciano contr'essi l'ira, benchè nel cuor la premesse. Ma la città, sottile investigatrice delle amarezze, s'era già tutta a lui volta; sol ei pregiavasi, corteggiavasi; ed egli pur non mancava, cinto d'armati, mutando case e giardini, con apparato corteggio e guardie, di spiegar pompa di principe, il titolo rilasciarne. Tutti la morte di Galeriano atterrì. Questi fu figlio di Cajo Pisone, di niun'arditezza reo: ma il sangue illustre e l'avvenente sua gioventù dal volgo si celebrava: ed in città, tuttora tumultuosa e vaga di novellare, v'era chi vanamente lo predicava già principe. Muciano, fattolo imprigionar da'soldati, perchè la vista della sua morte Roma non irritasse, quaranta miglia lontano sulla via Appia, fattogli aprir le vene lo spense. Vergogna più che necessità violentò Giulio Prisco, prefetto de'pretoriani sotto Vitellio ad uccidersi. Alfeno Varo alla ignavia ed infamia sua sopravvisse. Asiatico, perchè liberto, la rea potenza espiò con pena da schiavo.

12. *Iisdem diebus crebrescentem cladis Germanicae famam, nequaquam maesta civitas excipiebat.* Caesos exercitus, capta legionum hiberna, descivisse Gallias, *non ut mala loquebantur. Id bellum quibus caussis ortum, quanto externarum sociarumque gentium motu flagraverit, altius expediam. Batavi, donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum: seditione domestica pulsi, extrema Gallicae orae, vacua cultoribus, simulque insulam inter vada sitam occupavere, quam mare Oceanum a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit: nec opibus Romanis, societate validiorum adtriti, viros tantum armaque Imperio ministrant: diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, transmissis illuc cohortibus, quas vetere instituto nobilissimi popularium regebant. Erat et domi delectus eques, praecipuo nandi studio, arma equosque retinens, integris turmis Rhenum perrumpere.*

13. *Julius Paullus, et Claudius Civilis, Regia stirpe, multo ceteros anteibant. Paullum Fontejus Capito, falso rebellionis crimine, interfecit. Injectae Civili catenae, missusque ad Neronem, et a Galba absolutus, sub Vitellio rursus discrimen adiit, flagitante supplicium ejus exercitu. Inde caussae irarum, spesque ex malis nostris. Sed Civilis, ultra quam barbaris solitum, ingenio sollers, et* Sertorium se *aut* Hannibalem *ferens, simili oris dehonestamento, ne ut hosti obviam iretur, si a Populo Romano palam descivisset, Vespasiani amicitiam, stu-*

12. Ne' giorni stessi, invigorendo il romore delle rovine Germaniche, Roma ascoltavale senz'affanno. Parlavasi *de' trucidati eserciti*, *de' quartieri delle legioni espugnati*, *della sollevazion delle Gallie*, come di cose non tristi. Donde scoppiasse, con quanto strepito di genti amiche e straniere tal guerra ardesse, da lungi racconterò. I Batavi, parte de' Catti sinchè abitavano di là dal Reno, cacciati dalle discordie intestine occuparono l' estremità della Gallia vota di abitatori, e insieme l'isola posta fra le lagune, che bagna a fronte l'Oceano, il Reno a' fianchi e alle spalle: nè consumati dalla potenza romana, siccome a' deboli avviene nelle alleanze co' forti, contribuiscon soltanto uomini ed armi all'Imperio: lungamente nelle guerre germaniche esercitati, crebbero poi di gloria nella Brettagna per compagnìe mandatevi, che all' uso antico da' nazionali più nobili si governavano. Hanno anche scelta cavalleria, talmente addestrata al nuoto, che il Reno armati in ordinanza attraversano.

13. Giulio Paolo e Claudio Civile, di real sangue, gli altri di molto avanzavano. Paolo da Fontejo Capitone, per falsa accusa di ribellione, fu spento: Civile, posto in catene, ed inviato a Nerone, ed assoluto da Galba, sotto Vitellio fu nuovamente in pericolo, chiesto dall' esercito a morte. Quindi gli sdegni, e le speranze da' nostri mali. Ma Civile, d'ingegno destro più che non sogliono i barbari, ed *un Sertorio* o *un Annibale* predicandosi, per eguale deformità di sembiante, onde guerra non l'assalisse se apertamente da Roma si ribellava, s'infinse amico di Vespasiano e fautor

diumque partium praetendit: missis sane ad eum Primi Antonii litteris, quibus, avertere accita Vitellio auxilia, et, tumultus Germanici specie, retentare legiones, *jubebatur. Eadem Hordeonius Flaccus praesens monuerat, inclinato in Vespasianum animo, et Reip. cura; cui excidium adventabat, si redintegratum bellum, et tot armatorum millia Italiam inrupissent.*

14. *Igitur Civilis, desciscendi certus, occultato interim altiore consilio, cetera ex eventu judicaturus, novare res hoc modo coepit. Jussu Vitellii, Batavorum juventus ad delectum vocabatur; quem, suapte natura gravem, onerabant ministri avaritia ac luxu, senes aut invalidos conquirendo, quos pretio dimitterent. Rursus impubes, sed forma conspicui (et est plerisque procera pueritia) ad stuprum trahebantur. Hinc invidia: et compositae seditionis auctores perpulere, ut delectum abnuerent. Civilis primores gentis, et promptissimos vulgi, specie epularum, sacrum in nemus vocatos, ubi nocte ac laetitia incaluisse videt, a laude gloriaque gentis orsus, injurias et raptus, et cetera servitii mala enumerat.* Neque enim societatem, ut olim, sed tamquam mancipia haberi. Quando Legatum, gravi quidem comitatu, et superbo cum imperio, venire? tradi se Praefectis Centurionibusque: quos ubi spoliis et sanguine expleverint, mutari, exquirique novos sinus, et varia praedandi vocabula. Instare delectum, quo liberi a parentibus, fratres a fratribus, velut supremum dividantur. Nunquam magis adflictam rem Romanam, nec aliud in hiber-

di sua parte. Antonio in vero per lettere gli ordinava *di allontanar gli ajuti chiamati già da Vitellio, e trattener le legioni, come se la Germania tumultuasse.* Lo stesso Ordeonio Flacco gl'ingiunse, per affezione a Vespasiano e per zelo della repubblica, che dava l'ultimo crollo, se nuovo nembo di guerra e tanta tempesta d'armi in Italia si rovesciavano.

14. Civile dunque, fermo di ribellarsi, celando intanto i disegni arditi per governarsi secondo gli avvenimenti, così la trama ordinò. Per ordine di Vitellio si descriveva la Batava gioventù: la quale operazione, molesta per sè medesima, dall'avarizia e libidine degli esecutori aggravavasi, scrivendo vecchi od invalidi per poi dimetterli a prezzo: per lo contrario i garzoni imberbi, ma di avvenente aspetto (e sogliono in fanciullezza assai crescere) a tresche infami adopravansi. Quindi il rancore; ed i capi della tramata sollevazione gli spinsero a ricusare di ascriversi. Civile, uniti come per banchettare in un sacro bosco i primi della nazione e più feroci del volgo, ove gli vede accesi dalla notte e dall'allegrezza, fattosi dal celebrare le glorie della nazione, le ingiurie enumera e le rapine, e le altre calamità del servaggio: *non più trattarsi come alleati, ma come schiavi. Venisse pure un Legato, benchè con treno oppressivo e con impero arrogante. Or da prefetti sbranarsi e da centurioni, i quali, poichè di preda e di sangue empieronsi, si rimuovono; ed altri artigli si cercano, altri vocaboli di predare. Soprastar la leva, onde i figliuoli da' genitori, i fratelli di-*

nis, quam praedam et senes. Adtollerent tantum oculos, et inania legionum nomina ne pavescerent: sibi robur peditum equitumque; consanguineos Germanos; Gallias idem cupientes: ne Romanis quidem ingratum id bellum, cujus ambiguam fortunam Vespasiano imputaturos: victoriae rationem non reddi.

15. *Magno cum adsensu auditus, barbaro ritu et patriis execrationibus universos adigit. Missi ad Caninefates, qui consilia sociarent. Ea gens partem insulae colit, origine, lingua, virtute, par Batavis; numero superantur. Mox occultis nuntiis pellexit Britannica auxilia, Batavorum cohortes, missas in Germaniam, ut supra retulimus, ac tum Magontiaci agentes. Erat in Caninefatibus stolidae audaciae Brinno, claritate natalium insigni. Pater ejus, multa hostilia ausus, Cajanarum expeditionum ludibrium impune spreverat. Igitur ipso rebellis familiae nomine placuit, impositusque scuto, more gentis, et sustinentium humeris vibratus, Dux deligitur. Statimque accitis Frisiis (transrhenana gens est) duarum cohortium hiberna, proxima occupatu, Oceano inrumpit. Nec praeviderant impetum hostium milites: nec, si praevidissent, satis virium ad arcendum erat. Capta igitur et direpta castra: dein vagos, et pacis modo effusos, lixas, negotiatoresque Romanos, invadunt. Simul excidiis castellorum imminebant: quae a Praefectis cohortium incensa sunt, quia defendi*

vidansi da' fratelli, per non vedersi mai più. Non fu la forza Romana mai così misera: ne'lor quartieri non trovasi che preda e vecchi. Alzino solo gli occhi, nè temano i nomi vani delle legioni. Aver essi forza di fanti e cavalli, affinità co' Germani, le Gallie ch' ardon lo stesso: nè spiacerebbe a' Romani stessi tal guerra, le cui vicende a Vespasiano apporrebbono: conto non rendersi della vittoria.

15. Con grande applauso ascoltato, gli unisce tutti all'usanza patria con barbare imprecazioni. Mandò chi traesse a lega i Canninefati. Abitan essi parte dell'isola, pari di stirpe, di lingua, e d'animo a' Batavi; inferiori di numero. Poscia segretamente allettò gli ajuti Britannici, compagnie Batave andate, come narrammo, in Germania, e ferme allora in Magonza. Era tra' Canninefati Brinnone, di brutale temerità, di nobilissima stirpe, il cui padre, atroce nemico nostro, impunemente sprezzò le stolte espedizioni di Cajo. Piacque dunque pel nome stesso della famiglia ribelle, e posto sopra uno scudo all'uso della nazione e in sulle spalle inalzato di chi reggevalo, sceglies a capitano. E tosto chiamati i Frisj, gente di là dal Reno, per mare assalta gli alloggiamenti vicini di due coorti. I soldati non presentiron l'assalto; nè presentendolo, erano in forza a respingerlo. Furono dunque presi e saccheggiati i quartieri: quindi s'avventano a' vivandieri e mercanti romani, che a lor talento vagavano come in pace. E stavano per rovinare i castelli, ma i prefetti delle coorti, non li potendo difendere, gl'incendiarono. Bandiere, insegne, e

nequibant. Signa vexillaque, et quod militum, in superiorem insulae partem congregantur, Duce Aquilio, primipilari; nomen magis exercitus, quam robur. Quippe, viribus cohortium abductis, Vitellius, e proximis Nerviorum Germanorumque pagis, segnem numerum armis oneraverat.

16. *Civilis, dolo grassandum ratus, incusavit ultro Praefectos*, quod castella deseruissent. Se cum cohorte, cui praeerat, Caninefatum tumultum compressurum: illi sua quisque hiberna repeterent. *Subesse fraudem consilio, et dispersas cohortes facilius opprimi, nec Brinnonem Ducem ejus belli, sed Civilem esse, patuit: erumpentibus paullatim indiciis, quae Germani, laeta bello gens, non diu occultaverant. Ubi insidiae parum cessere, ad vim transgressus, Caninefates, Frisios, Batavos, propriis cuneis, componit. Directa ex diverso acies, haud procul a flumine Rheno, et obversis in hostem navibus, quas, incensis castellis, illuc adpulerant. Nec diu certato, Tungrorum cohors signa ad Civilem transtulit: perculsique milites improvisa proditione a sociis hostibusque caedebantur. Eadem etiam navibus perfidia. Pars remigum a Batavis, tamquam imperitia, officia nautarum propugnatorumque impediebant. Mox contra tendere, et puppes hostili ripae obijcere. Ad postremum Gubernatores Centurionesque, nisi eadem volentis, trucidant; donec universa quatuor et viginti navium classis transfugeret, aut caperetur.*

quanti v'eran soldati, nella superior parte dell'isola si raccolgono, sotto Aquilio già caposquadra; nome, più che forza d'esercito. Poichè, tolto il nerbo delle coorti, Vitellio caricò d'armi un imbelle stuolo di Germani e di Nervi dalle vicine campagne.

16. Civile, inteso ad usar l'inganno, prese a sgridare i prefetti, *chè abbandonasser le rocche: ei con la sua coorte comprimerebbe il tumulto Canninefate: tornasser essi a' quartieri*. Involger frode il consiglio, e più facilmente opprimersi le dissipate coorti, e Civile essere, non Brinnone, capo di tanta guerra, conóbbesi per i segni, che a poco a poco proruppero, e da' Germani, nazione vaga di guerra, non si celarono lungamente. Ove le trame non valsero, spiegò la forza. Dispone in tre proprie squadre i Canninefati, i Frisj, ed i Batavi. Schieransi i nostri all'incontro di presso al Reno, e con le navi, ch'arse le rocche là spinsero, rivolte contr' al nemico. Ardeva appena la zuffa, quando la schiera de Tungri recò le insegne a Civile: ed i soldati, percossi dal tradimento improvviso, da'nemici ed amici si trucidavano. Egual frode ancor nelle navi. Parte de' rematori Batavi, quasi per imperizia, gli ufficj de' combattenti e de' nocchieri intrigava. Vogano poscia in contrario, e le poppe spingono alla riviera nemica. Ammazzano, finalmente e piloti e centurioni riottanti: tantochè tutta l' armata di ventiquattro navi o ribellossi, o fu presa.

17. *Clara ea victoria in praesens, in posterum usui: armaque et naves, quibus indigebant, adepti, magna per Germanias Galliasque fama,* libertatis auctores *celebrabantur. Germaniae statim misere legatos, auxilia offerentes. Galliarum societatem Civilis arte donisque adfectabat, captos cohortium Praefectos suas in civitates remittendo: cohortibus, abire, an manere mallent, data potestate. Manentibus, honorata militia: digredientibus, spolia Romanorum offerebantur. Simul secretis sermonibus admonebat* malorum, quae tot annis perpessi, miseram servitutem falso pacem vocarent. Batavos, quamquam tributorum expertes, arma contra communes dominos cepisse. Prima acie fusum victumque Romanum: quid si Galliae jugum exuant? quantum in Italia reliquum? Provinciarum sanguine provincias vinci. Ne Vindicis aciem cogitarent: Batavo equite protritos Aeduos Arvernosque. Fuisse inter Verginii auxilia Belgas: vereque reputantibus, Galliam suismet viribus concidisse. Nunc easdem omnium partes, addito, si quid militaris disciplinae in castris Romanorum viguerit. Esse secum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis legiones procubuerint. Servirent Syria, Asiaque, et suetus Regibus Oriens: multos adhuc in Gallia vivere, ante tributa genitos. Nuper certe, caeso Quinctilio Varo pulsam e Germania servitutem. Nec Vitellium Principem, sed Caesarem Augustum bello provocatum. Libertatem natura, etiam mutis animalibus, datam. Virtutem proprium hominis bonum. Deos fortioribus adesse. Proinde adripe-

17. Fu tal vittoria splendida per allora, poi di profitto: ed acquistate armi e navi, di cui mancavano, per le Germanie e le Gallie con alto grido si celebravano *autori di libertà*. Le Germanie tosto spedirono ambasciadori, esibendo ajuti. Civile con arte e doni brigava unirsi le Gallie, alle lor città rimandando i prefetti presi delle coorti: dato alle coorti l'arbitrio di rimanersi o d'andarsene; a chi restasse, grado onorato, a chi partisse, le spoglie offrivansi de' romani. Rammentava anche loro segretamente *i mali, che tolleraron tant'anni; come una misera servitù falsamente chiamasser pace. Che i Batavi, benchè liberi di tributo, bandiron l'armi contr' a' comuni tiranni: al primo scontro fu rotto e vinto il romano: che poi sarà, se le Gallie scuotano il giogo? che resta più nell'Italia? le provincie col sangue vincersi delle provincie. Non riguardassero alla battaglia di Vindice. I cavalli Batavi sconfisser gli Edui e gli Alverni: ebbe Virginio in ajuto i Belgi: e a giudicar rettamente, cadde la Gallia atterrata dalle sue forze. Or esser tutti d'un animo, e avvalorati da quanta virtù guerriera, fiorì ne' campi romani. Seco essere que' veterani che testè ruppero le legioni d'Ottone. Servisse la Siria e l'Asia e l'Oriente assuefatto a' Re: molti ancor vivere nella Gallia, nati innanzi a' tributi. Gli è pur dianzi che, trucidato Quintilio Varo, cacciossi dalla Germania il servaggio. Nè provocossi a guerra Vitellio principe, ma Cesare Augusto. Formò la natura libere ancor le bestie. Retaggio proprio degli uomini*

rent vacui occupatos, integri fessos. Dum alii Vespasianum, alii Vitellium, foveant, patere locum adversus utrumque.

18. *Sic in Gallias Germaniasque intentus, si destinata provenissent, validissimarum ditissimarumque nationum regno imminebat. At Flaccus Hordeonius primos Civilis conatus per dissimulationem aluit. Ubi* expugnata castra, deletas cohortes, pulsum Batavorum insula Romanum nomen, *trepidi nuntii adferebant, Mumium Lupercum, Legatum (is duarum legionum hibernis praeerat)* egredi adversus hostem *jubet. Lupercus legionarios e praesentibus, Ubios e proximis, Treverorum equites, haud longe agentes, raptim transmisit, addita Batavorum ala, quae, jam pridem corrupta, fidem simulabat, ut, proditis in ipsa acie Romanis, majore pretio fugeret. Civilis, captarum cohortium signis circumdatus, ut suo militi recens gloria ante oculos, et hostes memoria cladis terrerentur, matrem suam sororesque, simul omnium conjuges parvosque liberos, consistere a tergo jubet: hortamenta victoriae, vel pulsis pudorem. Ut virorum cantu, feminarum ululatu, sonuit acies, nequaquam par a legionibus cohortibusque redditur clamor. Nudaverat sinistrum cornu Batavorum ala transfugiens, statimque in nos versa. Sed legionarius miles, quamquam irebus trepidis, arma ordinesque retinebat. Uborum Treverorumque auxilia, foeda fuga dispersa, totis campis palantur. Illuc incubuere Germani. Et fuit interim*

è la virtù. Esser co' forti gl' Iddii. Assaltin dunque sbrigati e freschi stracco e intrigato nemico. Mentre parteggia fra Vespasiano e Vitellio, invitali alla ruina d' entrambi.

18. Così Civile, mirando alle Germanie e alle Gallie, se gli arridesse la sorte, ghermiva il regno di ricche e forti nazioni. Ma Flacco Ordeonio, dissimulandoli, ne fomentava i primi ardimenti. Appena intese da sbigottiti messaggi *sforzato il campo, trucidati i soldati, dall' isola di Batavia espulso il nome romano*, ordina a Mummio Luperco (ei governava il campo di due legioni) *di farsi contro al nemico.* Luperco mosse velocemente i legionari presenti, gli Ubj vicini, i cavalli treviri non lontani, con una squadra di batava cavalleria, che fedeltà simulava, benchè dapprima corrotta, per disertare con maggior pro tradendo sul fatto stesso i Romani. Civile, in mezzo alle insegne delle abbattute coorti, per infiammar con la fresca gloria il valor de' suoi, ed atterrire i nemici con la memoria della sconfitta, colloca dietro le squadre sua madre e le sue sorelle, le mogli insieme e i figliuolini di tutti, perchè a vincere s'animassero, o di fuggire arrossissero. Allorchè del canto degli uomini, degli ululi delle donne l' esercito risuonò, dalle legioni e coorti con pari grido non si rispose. Lasciò nudo il sinistro fianco fuggendosi la banda batava, e tosto contro noi si voltò; ma il legionario, benchè in urgente pericolo, tennesi armato in battaglia. Gli ubj ed i treviri ajuti, datisi a brutta fuga, per le campagne dispergonsi. Avventansi ad incalzarli i Germa-

effugium legionibus in castra, *quibus* Veterum *nomen est*. *Praefectus alae Batavorum*, *Claudius Labeo*, *oppidano certamine aemulus Civili*, *ne interfectus invidiam apud populares*, *vel*, *si retineretur*, *semina discordiae praeberet*, *in Frisios avehitur*.

19. *Iisdem diebus*, *Batavorum et Canninefatium cohortes*, *cum jussu Vitellii in urbem pergerent*, *missus a Civile nuntius adsequitur*. *Intumuere statim superbia ferociaque*, *et* pretium itineris, donativum, duplex stipendium, augeri equitum numerum, *promissa sane a Vitellio*, *postulabant*, *non*, *ut adsequerentur*, *sed caussam seditioni*. *Et Flaccus*, *multa concedendo*, *nihil aliud effecerat*, *quam ut acrius exposcerent*, *quae sciebant negaturum*. *Spreto Flacco*, *inferiorem Germaniam petivere*, *ut Civili jungerentur*. *Hordeonius*, *adhibitis Tribunis Centurionibusque*, *consultavit*, num obsequium abnuentes vi coerceret. *Mox*, *insita ignavia*, *et trepidis ministris*, *quos ambiguus auxiliorum animus*, *et subito delectu suppletae legiones angebant*, *statuit*, *continere intra castra militem*. *Dein poenitentia et arguentibus ipsis*, *qui suaserant*, *tamquam secuturus*, *scripsit Herennio Gallo*, *legionis primae Legato*, *qui Bonnam obtinebat*, *ut* arceret transitu Batavos: se cum exercitu tergis eorum haesurum. *Et opprimi poterant*, *si hinc Hordeonius*, *inde Gallus*, *motis utrimque copiis*, *medios clausissent*. *Flaccus omisit inceptum*, *aliisque literis Gallum monuit*, *ne terreret abeuntes*. *Unde suspicio*, *sponte Legatorum ex-*

ni. E le legioni intanto si ricovraron nel Campo chiamato *Vecchio*. Claudio Labeone, capitan della batava cavalleria, emolo di Civile per cittadine rivalità, perchè ucciso non irritasse l'odio de' popolani, o ritenuto discordie non eccitasse, fu tratto in Frisia.

19. Ne' giorni stessi un messo di Civile raggiunge le squadre batava e canninefate in sul recarsi a Roma per ordine di Vitellio. Montaron tosto ferocemente in orgoglio, e domandavano *in premio della lor mossa il donativo*, *doppio stipendio*, e *maggior numero di cavalli*, cose promesse in realtà da Vitellio, non per averle, ma per pretesto ad insorgere. E Flacco molto accordando null'altro oprò, che inferocirle a chiedere quanto sapevano ch'ei non avrebbe accordato. Sprezzato Flacco, avviaronsi alla Germania inferiore, onde a Civile congiungersi. Ordeonio consultò co' tribuni e co' centurioni, *se opprimerne la fellonia con la forza*. Ma di cuor vile, ed i ministri tremando, perchè la fede sospetta degli ausiliarj e le legioni guernite di nuova truppa li travagliavano, deliberò di tenere dentro i quartieri l'esercito. Poscia pentitone, e biasimatone da quegli stessi, che a ciò lo spinsero, come già fosse per inseguirli, scrisse ad Erennio Gallo, che governava in Bonna la legion prima, *che il passo a' Batavi contrastasse: ei con l'esercito gli salterebbe alle spalle*. E si potevano opprimere, se da una banda Ordeonio, dall'altra Gallo avanzandosi, in mezzo gli avesser colti. Flacco variò consiglio; e scrisse di nuovo a Gallo *di non turbarne il tragitto*. Onde si sospettò che

citari bellum: cunctaque, quae acciderant, aut metuebantur, non inertia militis, neque hostium vi, sed fraude Ducum evenire.

20. *Batavi, cum castris Bonnensibus propinquarent, praemisere, qui Herennio Gallo mandata cohortium exponerent:* nullum sibi bellum adversus Romanos, pro quibus totiens bellassent. Longa atque irrita militia fessis patriae atque otii cupidinem esse. Si nemo obsisteret, innoxium iter fore; sin arma occurrant, ferro viam inventuros. *Cunctantem Legatum milites perpulerant,* fortunam praelii experiretur. *Tria millia legionariorum, et tumultuariae Belgarum cohortes, simul paganorum lixarumque ignava, sed procax ante periculum, manus, omnibus portis erumpunt, ut Batavos numero impares circumfundant. Illi, veteres militiae, in cuneos congregantur, densi undique, et frontem tergaque ac latus tuti. Sic tenuem aciem nostrorum perfringunt. Cedentibus Belgis, pellitur legio, et vallum portasque trepidi petebant. Ibi plurimum cladis. Cumulatae corporibus fossae. Nec caede tantum et vulneribus, sed ruina, et suis plerique telis interiere. Victores, colonia Agrippinensium vitata, nihil cetero in itinere hostile ausi, Bonnense praelium excusabant: tamquam petita pace, postquam negabatur, sibimetipsi consuluissent.*

21. *Civilis, adventu veteranarum cohortium, justi jam exercitus ductor, sed consilii ambiguus, et vim Romanam reputans, cunctos, qui aderant,*

la guerra ardesse di volontà de' legati: anzi, che quanto occorse o temevasi, non per viltà de' soldati, o per valore degl' inimici, ma per malizia avvenisse de' capitani.

20. I Batavi, nell' appressarsi al campo di Bonna, mandarono a dichiarare ad Erennio Gallo l'animo delle coorti: *non aver guerra alcuna con i Romani, pe' quali già guerreggiarono tante volte. Stracche di lunga ed infruttuosa milizia, bramar la patria e riposo. Se niun opponghasi, inoltreranno tranquille: se forza incontrino, la sgombreranno con l' armi*. Gallo ondeggiava; ma da' soldati fu spinto a cimentar la fortuna della battaglia. Tre mila legionarj e le schiere tumultuarie de' Belgi con una truppa di paesani e di bagaglioni, codarda ma fiera innanzi al pericolo, sboccan da tutte le porte per accerchiare i batavi di minor numero. Quelli, invecchiati nell' armi, stringonsi in conj profondi per ogni lato, a fronte, a' fianchi, ed alle spalle sicuri. Rompon così la sottil fila de' nostri. Piegando i Belgi, rovesciasi la legione; e la paura cacciavali allo steccato e alle porte. Là fu crudele il macello; i fossi empieronsi di cadaveri: nè tanti il ferro nemico ne trucidò, quanti ne caddero per la rovina e trafitti dalle lor armi medesime. I vincitori, evitata la città d'Agrippina, senz' altra ostilità s' avanzarono, scusando il fatto di Bonna, come se per la chiesta e negata pace avessero provveduto a sè stessi.

21. Civile, per questa unione di compagnie veterane già capitano di vero esercito, ma incerto ne' suoi consigli, e la romana forza considerando,

in verba Vespasiani adigit: mittitque Legatos ad duas legiones, quae, priore acie pulsae, in Vetera castra concesserant, ut idem sacramentum acciperent. *Redditur responsum,* neque proditoris, neque hostium se consiliis uti. Esse sibi Vitellium Principem, pro quo fidem et arma usque ad supremum spiritum retenturos. Proinde perfuga Batavus arbitrum rerum Romanarum ne ageret, sed meritas sceleris poenas exspectaret. *Quae ubi relata Civili, incensus ira, universam Batavorum gentem in arma rapit. Junguntur Bructeri Tencterique, et excita nuntiis Germania ad praedam famamque.*

22. *Adversus has belli concurrentis minas Legati legionum, Mumius Lupercus, et Numisius Rufus, vallum murosque firmabant. Subversa longae pacis opera, haud procul castris in modum municipii exstructa, ne hostibus usui forent. Sed parum provisum, ut copiae in castra conveherentur; rapi permisere. Ita paucis diebus per licentiam absumpta sunt, quae adversus necessitates in longum suffecissent. Civilis, medium agmen cum robore Batavorum obtinens, utramque Rheni ripam, quo truculentior visu foret, Germanorum catervis complet, adsultante per campos equite. Simul naves in adversum amnem agebantur. Hinc veteranarum cohortium signa, inde depromptae silvis lucisque ferarum imagines, ut cuique genti inire praelium mos est, mixta belli civilis externique facie obstupefecerant obsessos. Et spem oppugnantium augebat amplitudo valli, quod duabus legionibus*

fa che le truppe giurino a Vespasiano. E manda alle due legioni, che rotte al primo azzuffarsi si ricovraron nel campo vecchio, per sottopòrle al giuramento medesimo. Gli si risponde, *che non ascoltano di un traditore, nè di nemici i consigli. Principe loro è Vitellio, per cui terranno la fede e l'armi insino all'ultimo fiato. Non s'erga un Batavo disertore ad arbitro delle cose romane; ma pena degna di sua perfidia s'aspetti.* A tal risposta Civile, di rabbia acceso, solleva tutta Batavia all'armi. S'uniscon Brutteri e Tenteri; e sorse ancor la Germania ed alla preda e alla gloria.

22. Contro una guerra, che d'ogn' intorno romoreggiava, Mummio Luperco e Numisio Rufo, legati delle legioni, le mura ed i bastioni rinforzano. Atterrano gli edifizj in lunga pace costrutti a guisa di città presso al campo, perchè di loro i nemici non si valessero. Poco si attese a fornire il campo di viveri: permisero di predarli. Così per la sfrenatezza in pochi dì consumossi quanto provisto avrebbe a lunghe necessità. Civile, postosi col fior de' Batavi nel mezzo della battaglia, per apparir più terribile empie di squadre germaniche ambo le rive del Reno, battendo con la cavalleria la campagna. Spignevansi ancor le navi a ritroso della corrente. Di qua le insegne delle coorti antiche, di là le immagini delle fiere de' loro boschi e foreste, com' è costume d'ogni nazione nell' azzuffarsi, con un aspetto di guerra, civile insieme e straniera, istupidirono gli assediati; ed accrescea la speranza degli aggressori l'ampiezza

situm, vix quinque millia armatorum Romanorum tuebantur. Sed lixarum multitudo, turbata pace illuc congregata, et bello ministra aderat.

23. *Pars castrorum, in collem leniter exurgens; pars aequo adibatur. Quippe, illis hibernis obsideri premique Germanias, Augustus crediderat: neque unquam id malorum, ut oppugnatum ultro legiones nostras venirent. Inde non loco, neque munimentis labor additus: vis et arma satis placebant. Batavi, Transrhenanique, quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi quaeque gens consistunt, eminus lacessentes. Post, ubi pleraque telorum turribus pinnisque moenium irrita haerebant, et desuper saxis vulnerabantur, clamore atque impetu invasere vallum, adpositis plerique scalis, alii per testudinem suorum. Scandebantque jam quidam, cum, gladiis et armorum incussu praecipitati, sudibus et pilis obruuntur, praeferoces initio, et rebus secundis nimii. Sed tum praedae cupidine adversa quoque tolerabant. Machinas etiam, insolitum sibi, ausi. Nec ulla ipsis solertia: perfugae captivique docebant struere materias in modum pontis, mox subjectis rotis propellere: ut alii superstantes, tamquam ex aggere, praeliarentur; pars intus occulti muros subruerent. Sed excussa balistis saxa stravere informe opus: et crates vineasque parantibus adactae tormentis ardentes hastae: ultroque ipsi oppugnatores ignibus petebantur: donec, desperata vi, verterent consilium ad moras, haud*

delle trincee, che, poste per due legioni, appena che si guardassero da cinque mila soldati. Ma s'era dopo la rotta pace colà raccolta una turba di faccendieri, che pur serviva alla guerra.

23. Parte del campo inalzavasi dolcemente per lo pendìo, parte giaceva nel piano. Perocchè Augusto credette con tal presidio vegliare e stringere le Germanie, nè tale sciagura mai, che venissero ad assaltare le nostre forze. Perciò nè a luogo, nè a munizioni s'attese: parve bastare valore ed armi. I Batavi e i Trasrenani, perchè divisa la virtù loro più campeggiasse, pongonsi per nazioni a combatterlo di lontano. Ma poichè gran parte de'loro dardi ne' torrioni e ne'merli a voto si conficcavano, od erano di sopra oppressi da' sassi, con furia ed ululi assaltano lo steccato, molti piantate le scale, altri ristretti in testuggine, e alcuni già sormontavano; ma dalle spade e dall' urto dell' armi precipitati, eran da un nembo di pali ed aste sepolti; ferocissimi nel principio, e nella prosperità soperchievoli. Ma per la brama allor della preda anche le avversità tolleravano. I disertori e' prigioni insegnavan loro a congegnar legnami a foggia di ponte, poi con sopposte ruote a sospingerlo: talchè altri, standovi sopra, come da un argine combattessero; altri nascostivi dentro, scavassero le muraglie. Ma i sassi tratti dalle baliste l'opera informe atterrarono, ed apprestando graticci e tavole saettavansi dalle macchine lance ardenti, e gli aggressori stessi eran dal fuoco infestati. Disperati poi dell' assalto, volgono il senno all' assedio, non ignorando che v' eran viveri per pochi giorni, ed

ignari paucorum dierum inesse alimenta et multum imbellis turbae. Simul ex inopia proditio, et fluxa servitiorum fides, ac fortuita belli sperabantur.

24. *Flaccus interim, cognito castrorum obsidio, et missis per Gallias, qui auxilia concirent, lectos e legionibus Dillio Voculae, duodevicesimae legionis Legato, tradit, ut quam maximis per ripam itineribus celeraret. Ipse pavidus, corpore invalidus, invisus militibus. Neque enim ambigue fremebant*, emissas a Magontiaco Batavorum cohortes, dissimulatos Civilis conatus, adsciri in societatem Germanos. Non Primi Antonii, neque Muciani ope Vespasianum magis adolevisse. Aperta odia, armaque palam depelli: fraudem et dolum obscura, eoque inevitabilia. Civilem stare contra, struere aciem: Hordeonium, e cubiculo et lectulo, jubere quidquid hosti conducat. Tot armatas fortissimorum virorum manus unius senis valetudine regi. Quin potius, interfecto traditore, fortunam virtutemque suam malo omine exsolverent. *His inter se vocibus instinctos flammavere insuper adlatae a Vespasiano litterae, quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro concione recitavit: vinctosque, qui adtulerant, ad Vitellium misit.*

25. *Sic mitigatis animis, Bonnam, hiberna primae legionis, ventum. Infensior illic miles, culpa cladis in Hordeonium vertebat:* ejus jussu directam adversus Batavos aciem, tamquam a Magontiaco legiones sequerentur: ejusdem proditione

assai gente disutile. Speravano insieme e tradimenti per fame, e fellonia dagli schiavi, ed altri casi di guerra.

24. Flacco frattanto, inteso assediato il campo, e spedito in Gallia a raccoglier forze, ordina a Dillio Vocula, legato della legion diciottesima, di affrettar lungo la riva col fiore delle legioni a soccorrerlo. Stavasi egli tremante, infermo, a' soldati ozioso: poichè fremevano apertamente, *ch' egli permise di uscire a' Batavi di Magonza; dissimulò la fellonia di Civile; chiamava a lega i Germani; non tanto Vespasiano per opera di Primo Antonio, nè di Muciano ingranditosi: odj e minacce palesi palesemente respingersi: da trama e frode, che celansi, non v' ha schermo. Starne Civile a fronte, e prepararsi a battaglia. Ordeonio dalla sua camera e dal suo letto ordinare ciò che più giovi al nemico. Tante di gagliardissimi uomini armate destre da un vecchio infermo guidarsi. Che non più tosto spegnere il traditore, e liberar la fortuna e la virtù loro da tristo augurio?* Così tra loro infocandosi, di maggior fiamma avvamparono al recitarsi una lettera di Vespasiano, che Flacco, perchè celar non poteasi, in parlamento mostrò: e mandò que' che recaronla incatenati a Vitellio.

25. Così mitigati gli animi, si giunse a Bonna, ove la legion prima accampava. La più feroce il soldato accagionava Ordeonio della sconfitta: *per suo comando venuti a zuffa co' Batavi, sulla promessa che di Magonza verrebbero le legioni:*

caesos, nullis supervenientibus auxiliis. Ignota haec ceteris exercitibus, neque Imperatori suo nuntiari: cum adcursu tot provinciarum extingui repens perfidia potuerit. *Hordeonius exemplaria omnium litterarum, quibus per Gallias Britanniamque et Hispanias auxilia orabat, exercitui recitavit; instituitque pessimum facinus, ut epistolae Aquiliferis legionum traderentur; a quis ante militi, quam Ducibus, legebantur. Tum e seditiosis unum vinciri jubet, magis usurpandi juris, quam quia unius culpa foret. Motusque Bonna exercitus in coloniam Agrippinensem; adfluentibus auxiliis Gallorum, qui primo rem Romanam enixe juvabant: mox, valescentibus Germanis, pleraeque civitates adversum nos armatae, spe libertatis; et, si exuissent servitium, cupidine imperitandi. Gliscebat iracundia legionum, nec terrorem unius militis vincula indiderant. Quin idem ille arguebat ultro* conscientiam Ducis: tamquam nuntius inter Civilem Flaccumque falso crimine testis veri opprimeretur. *Conscendit tribunal Vocula, mira constantia, prehensumque militem ac vociferantem* duci ad supplicium *jussit. Et dum mali pavent, optimus quisque jussis paruere. Exin consensu* Ducem Voculam *poscentibus, Flaccus summam rerum ei permisit.*

26. *Sed discordes animos multa efferabant: inopia stipendii frumentique; et simul delectum tributaque Galliae adspernantes; Rhenus, incognita illi caelo siccitate, vix navium patiens; arti commeatus; dispositae per omnem ripam statio-*

per tradimento suo, *poichè niun mosse a soccorrerli*, *trucidati*. *Ignorar ciò gli altri eserciti*, *nè il loro Imperadore istruirsene: mentre potevasi col concorso di tanti popoli estinguere un' improvisa perfidia*. Lesse Ordeonio all' esercito gli esemplari di quante lettere diresse in Gallia Brettagna e Spagna per trarne ajuto: e istituì l' uso pessimo di consegnar le lettere agli alfieri delle legioni, da' quali prima al soldato leggevansi che a' capitani. Fa quindi porre un de' felloni in catene, più a mostra d' autorità che per esser colpa d' un solo. E da Bonna marciò l' esercito alla città d' Agrippina, accorrendo Galli in ajuto, che sostenevan dapprima con ogni sforzo i Romani. Poi, prevalendo i Germani, molte città s' armarono contro noi, per brama di libertà, e, scosso una volta il giogo, di signorìa. Cresceva l' ira delle legioni; nè atterrì punto la prigionìa d' un soldato: che anzi questo il capitano aggravava di fellonia, *come tra Flacco e Civile apportator d' ambasciate con falsa accusa*, *qual testimonio di verità*, *s' opprimesse*. Monta imperterrito Vocula in tribunale, ed ordina che il soldato preso e romoreggiante si tragga a morte. E mentre i ribaldi tremano, i buoni affrettansi ad obbedire. Poscia chiedendo concordemente Vocula per capitano, Flacco glie ne diè tutta la podestà.

26. Ma più cose i discordi animi inferocivano: mancanza di soldo e grano; le Gallie a leve ed a tributi ritrose: il Reno che, per secchezza a quel clima ignota, reggeva appena i navigli: disagio di vettovaglie: la riva guernita d'armi per contrastar-

nes, quae Germanos vado arcerent: eademque de caussa minus frugum, et plures, qui consumerent. Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tamquam nos amnes quoque et vetera Imperii munimenta desererent. Quod in pace fors, *seu* natura, *tunc* fatum *et* ira Dei, *vocabatur. Ingressis Novesium tertiadecima legio conjungitur. Additus Voculae in partem curarum Herennius Gallus, Legatus: nec ausi ad hostem pergere, loco, cui Gelduba nomen est, castra fecere. Ibi struenda acie, muniendo vallandoque, et ceteris belli meditamentis militem firmabant. Utque praeda ad virtutem accenderetur, in proximos Gugernorum pagos, qui societatem Civilis acceperant, ductus a Vocula exercitus.*

27. *Pars cum Herennio Gallo permansit. Forte navem, haud procul castris, frumento gravem, cum per vada haesisset, Germani in suam ripam trahebant. Non tulit Gallus, misitque subsidio cohortem. Auctus et Germanorum numerus, paullatimque adgregantibus se auxiliis, acie certatum. Germani, multa cum strage nostrorum, navem abripiunt. Victi (quod tum in morem verterat) non suam ignaviam, sed perfidiam Legati culpabant. Protractum e tentorio, scissa veste, verberato corpore,* quo pretio, quibus consciis, prodidisset exercitum, *dicere jubent. Redit in Hordeonium invidia. Illum* auctorem sceleris, *hunc* ministrum *vocant: donec, exitium minitantibus exterritus,* proditionem *et ipse Hordeonio objecit: vinctusque, adventu demum Vo-*

ne il varco a' Germani, lo che menomava i viveri, ed i consumatori accresceva. Da' semplici a tristo augurio prendeasi la stessa stremità d' acque, come se i fiumi ancora e le barriere antichissime dell' Impero ci abbandonassero: ciò che in pace *natura* o *caso*, allor *destino ed ira d' Iddio* chiamavasi. Entrati in Novesio unisconsi alla Legion Tredicesima. Si aggiunse a Vocula nel governo Erennio Gallo, legato: nè osando di farsi incontro al nemico, in luogo chiamato Gelduba s'accamparono. Quivi col mettersi in ordinanza, col trincerarsi, fortificarsi, ed altr' ingegni di guerra, il soldato corroboravano. E per accenderne l'animo con la preda Vocula trasse l' esercito ne' borghi prossimi de' Gugerni, già con Civile alleatisi. Ne restò parte con Gallo.

27. Si combinò che i Germani traevano alla lor riva un naviglio, carico di frumento, arrenatosi press' al campo. Gallo nol comportò, e spinse una coorte a soccorrerlo. Anche i Germani accrebbersi, ed affollandosi via via gli ajuti si venne all' armi. I Germani, con molta strage de' nostri, la nave afferrano. I vinti (com' era allora già l' uso) non alla loro viltà, ma l' appongono a fellonìa del legato. Trattol di padiglione, straziatolo, flagellatolo, voglion che dica *a qual prezzo, con quali complici*, *abbia tradito l' esercito*. L' ira contr' Ordeonio raccendesi: *lui capo*, questo *ministro* chiamano *del tradimento*: sinchè atterrito dalle minacce di morte incolpa anch' egli di tradimento Ordeonio. S' incatenò; poscia all' arrivo di Vocula fu disciolto. Vocula il dì vegnente punì di

culae exsolvitur. Is postera die auctores seditionis morte adfecit. Tanta illi exercitui diversitas inerat licentiae patientiaeque. Haud dubie gregarius miles Vitellio fidus: splendidissimus quisque in Vespasianum proni. Inde scelerum ac suppliciorum vices, et mixtus obsequio furor: ut contineri non possent, qui puniri poterant.

28. *At Civilem immensis auctibus universa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata. Ille, ut cuique proximum,* vastari Ubios Treverosque, et aliam manum Mosam amnem transire *jubet*, ut Menapios et Morinos et extrema Galliarum quaterent. *Actae utrobique praedae; infestius in Ubiis, quod gens Germanicae originis, ejurata patria, Romanorum nomen,* Agrippinenses *vocarentur. Caesae cohortes eorum, in vico Marcoduro, incuriosius agentes, quia procul ripa aberant. Nec quievere Ubii, quominus praedas e Germania peterent: primo impune; dein circumventi sunt; per omne id bellum meliore usi fide, quam fortuna. Contusis Ubiis, gravior et successu rerum ferocior Civilis, obsidium legionum urgebat: intentis custodiis, ne quis occultus nuntius venientis auxilii penetraret. Machinas molemque operum Batavis delegat: Transrhenanos,* proelium *poscentis,* ad scindendum vallum ire, detrusosque redintegrare certamen, *jubet: superante multitudine, et facili damno. Nec finem labori nox adtulit.*

29. *Congestis circum lignis accensisque, simul epulantes, ut quisque vino incaluerat, ad pugnam*

morte gli autori dello scompiglio. Tanta di sfrenatezza e di sofferenza in quell' esercito offrivasi diversità. Certo il soldato gregario era fedele a Vitellio: i grandi a Vespasiano inchinavano. Quindi misfatti e pene alternavansi, ed il furore meschiavasi all' obbedienza: talchè frenare non si potevano que' che poteano punirsi.

28. Ma Civile dalla Germania intera immensamente ingrandivasi, seco alleatasi con nobilissimi ostaggi. Egli ordinò *che le nazioni vicine dessero a' Treveri e agli Ubj il guasto, e varcassero con altre squadre la Mosa per battere ed i Menapj e i Morini e tutta l' estremità delle Gallie.* Tutti ne andarono a sacco. Più crudelmente gli Ubj, perchè Germani d' origine, rinnegata per i Romani la patria, *Agrippinesi* appellavansi. Si trucidarono le lor coorti, che a Dura negligentemente accampavano per esser lungi dal fiume. Nè si rattenner gli Ubj di saccheggiar la Germania: impunemente dapprima; furono poi sbaragliati, per tutta cotesta guerra con miglior fede servirono, che fortuna. Fiaccati gli Ubj, Civile più ardimentoso, e pe' successi più fiero, stringea l' assedio delle legioni con guardie attente che niun segreto avviso di soprastante ajuto vi penetrasse. Commette lavori e macchine a' Batavi. A' Trasrenani, che domandavan *battaglia*, ordina *che si scaglino ad espugnar le trincee, e, respinti, di rinnovare l' assalto*: soprabbondando gli uomini di farne getto. Nè pose la notte fine al travaglio.

29. Accesi intorno de' fuochi, gozzovigliando insieme, come di vino eran caldi, a combattere

temeritate inani ferebantur. Quippe ipsorum tela, per tenebras vana: Romani conspicuam Barbarorum aciem, et, si quis audacia aut insignibus effulgens, ad ictum destinabant. Intellectum id Civili: et, restincto igne, misceri cuncta tenebris et armis, *jubet. Tum vero strepitus dissoni, casus incerti, neque feriendi, neque declinandi providentia. Unde clamor acciderat, circumagere corpora, tendere arcus: nihil prodesse virtus, fors cuncta turbare, et ignavorum saepe telis fortissimi cadere. Apud Germanos inconsulta ira: Romanus miles, periculorum gnarus, ferratas sudes, gravia saxa, non forte jaciebat. Ubi sonus molientium, aut adpositae scalae hostem in manus dederant, propellere umbone, pilo sequi: multos, in moenia egressos, pugionibus fodere. Sic exhausta nocte, novam aciem dies aperuit.*

30. *Eduxerant Batavi turrim, duplici tabulato, quam Praetoriae portae (is aequissimus locus) propinquantem, promoti contra validi asseres et incussae trabes perfregere, multa superstantium pernicie. Pugnatumque in perculsos subita et prospera eruptione. Simul a legionariis, peritia et arte praestantibus, plura struebantur. Praecipuum pavorem intulit suspensum et nutans machinamentum, quo repente demisso, praeter suorum ora singuli pluresve hostium sublime rapti, verso pondere intra castra effundebantur. Civilis, omissa oppugnandi spe, rursus per otium adsidebat, nuntiis et promissis fidem legionum convellens.*

con vana temerità s' avventavano. Poichè i lor colpi perdevansi fra le tenebre: ed i Romani, se alcuno fra le visibili schiere de' Barbari per ardimento o fregio più risplendesse, con dritta mira investivano. Ciò s' avvertì da Civile; ed ordina *che, spento il fuoco, tutto confondasi d' armi e tenebre*. Quindi discordi strepiti, casi ambigui, nè di ferite, nè di schermirsi accortezza. Dove fragore ascoltasi le facce volgonsi, drizzansi le balestre: virtù non giova; tutto scompiglia la sorte; e spesso i più valorosi cadono di vil braccio. Cieca era l' ira de' barbari: i nostri usi a' pericoli, ferrate picche, enormi sassi a certo segno scagliavano. Ove il romor dell' assalto, o l' appoggiar delle scale dà loro in mano il nemico, l' urtano con gli scudi, con i lanciotti l' atterrano: molti saliti già sulle mura con i pugnali trafiggonsi. Consumata così la notte, il giorno offrì nuovo genere di battaglia.

30. Aveano alzata una torre i Batavi a due solaj, ed alla Porta Pretoria, ov' era il luogo pianissimo, approssimandosi fu dalla gagliardia delle opposte spranghe e de' percossi travi spezzata, con esterminio orrendo de' soprastanti. Gli scompigliati felicemente s' oppressero con improvisa irruzione. I Legionarj insieme, migliori d' arte e d' ingegno, molti stromenti apprestavano. Sommo terrore incusse una macchina librata e mobile, che repentinamente abbassandosi rapiva in alto, in su gli occhi loro, uno o più de' nemici, e al volgersi del contrappeso scagliavali dentro al campo. Civile, dalla speranza toltosi di espugnarlo, di nuovo ozioso assediavala, tentando con ambasciate e promesse la fede delle legioni.

31. *Haec in Germania ante Cremonense proelium gesta, cujus eventum litterae Primi Antonii docuere, addito Caecinae edicto. Et Praefectus cohortis e victis, Alpinus Montanus, fortunam partium praesens fatebatur. Diversi hinc motus animorum. Auxilia e Gallia, quis nec amor, nec odium in partes, militia sine adfectu, hortantibus Praefectis, statim a Vitellio desciscunt: vetus miles cunctabatur. Sed adigente Hordeonio Flacco, instantibus Tribunis, dixit sacramentum, non vultu, neque animo, satis adfirmans: et, cum cetera jurisiurandi verba conciperent,* Vespasiani *nomen haesitantes, aut levi murmure, et plerumque silentio, transmittebant.*

32. *Lectae deinde pro concione epistolae Antonii ad Civilem, suspiciones militum inritavere, tanquam ad socium partium scriptae, et de Germanico exercitu hostiliter. Mox adlatis Geldubam in castra nuntiis, eadem dicta factaque: et missus cum mandatis Montanus ad Civilem,* ut absisteret bello: neve externa arma falsis velaret. Si Vespasianum juvare adgressus foret, satisfactum caeptis. *Ad ea Civilis primo callide: post, ubi videt Montanum praeferocem ingenio, paratumque in res novas, orsus a questu periculisque, quae per quinque et viginti annos in castris Romanis exhausisset,* egregium, *inquit*, pretium laboris recepi, necem fratris, et vincula mea, et saevissimas hujus exercitus voces, quibus ad supplicium petitus, jure gentium poenas reposco. Vos autem Treveri, ceteraeque servien-

31. Oprossi questo in Germania innanzi all'espugnazion di Cremona, che divulgossi per lettere di Primo Antonio, col bando fattone da Cecina. Ed Alpino Montano, uno de' vinti Prefetti, personalmente in crollo de' Vitelliani attestava. Ciò scosse gli animi diversamente. Gli ajuti Gallici, che guerreggiavan senz'odio e senz'amore di parte, al primo invito de' capi spiccansi da Vitellio: i veterani ondeggiavano. Sforzati però da Flacco, ed insistendo i Tribuni, pronunziano il giuramento con viso ed animo non abbastanza concorde: e nel recitarne l'intera formola, ritrosamente, o borbottando esprimevano, o per lo più tralasciavano il nome di *Vespasiano*.

32. Lettesi quindi in parlamento le lettere di Antonio a Civile i sospetti accesero de' soldati, come se scritte ad un compagno di parte e da nemico del Germanico esercito. Giuntone quindi in Gelduba l' avviso al campo, si disse e fece lo stesso: e si spedì Montano ad intimare a Civile *che deponesse l' armi, nè di menzogne velasse straniera guerra. Se prese a favorir Vespasiano, aver già fatto abbastanza.* A ciò rispose Civile, astutamente dapprima; poi come vide in Montano indole ferocissima e ardente di novità, dolutosi de' pericoli, che per venticinqu' anni corse ne' campi Romani, *bel frutto*, disse, *raccolsi de' miei travagli, la morte d' un mio fratello, e le mie catene, e le atrocissime voci di quest' esercito, dal qual chiamato al supplizio chieggo a ragione vendetta. E voi, o Treveri, ed altre anime*

tium animae, quod praemium effusi totiens sanguinis expectatis, nisi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, secures, et dominorum ingenia? En ego Praefectus unius cohortis, et Canninefates Batavique, exigua Galliarum portio, vana illa castrorum spatia excidimus, vel septa ferro fameque premimus. Denique ausos aut libertas sequetur, aut victi iidem erimus. *Sic accensum*, *sed* molliora referre *jussum*, *dimittit*. *Ille*, *ut inritus legationis*, *rediit*, *cetera dissimulans*, *quae mox erupere*.

33. *Civilis*, *parte copiarum retenta*, *veteranas cohortes*, *et quod e Germanis maxime promptum*, *adversus Voculam exercitumque ejus mittit: Julio Maximo*, *et Claudio Victore sororis suae filio*, *Ducibus*. *Rapiunt in transitu hiberna*, *alae*, *Asciburgii sita: adeoque improvisi castra involavere*, *ut non adloqui*, *non pandere aciem Vocula potuerit*. *Id solum*, *ut in tumultu*, *monuit*, subsignano milite media firmare. *Auxilia passim circumfusa sunt*. *Equos prorupit*, *exceptusque compositis hostium ordinibus*, *terga in suos vertit*. *Caedes inde*, *non proelium*. *Et Nerviorum cohortes*, *metu seu perfidia*, *latera nostrorum nudavere*. *Sic ad legiones perventum: quae*, *amissis signis*, *intra vallum sternebantur; cum repente novo auxilio fortuna pugnae mutatur*. *Vasconum lectae a Galba cohortes*, *ac tum accitae*, *dum castris propinquant*, *audito proeliantium clamor*, *intentos hostes a tergo invadunt*, *latioremque*, *quam pro numero terrorem faciunt: aliis a No-*

schiave, quale aspettate di tanto profuso sangue mercè, se non ingrata milizia, tributi eterni, verghe, mannaje, e capricciosa tirannide? Ecco io, prefetto di una coorte, e i Cannefati, ed i Batavi, tenue porzion delle Gallie, que' vani spazj d' alloggiamenti atterrammo, o li premiamo stretti di fame e di ferro. In fine osando o riavrem libertà, o vinti sarem gli stessi. Così accesolo, ma commessogli di espor più dolce l'incarico, lo congeda. Egli tornossene, come se nulla impetrasse, dissimulando il resto, che poi scoppiò.

33. Civile, parte serbatasi dell'esercito, invia Giulio Massimo e Claudio Vittore, figlio di sua sorella, con le coorti antiche e quanti v'eran Germani valorosissimi contro Vocula. Prendono nel passare con tal violenza i quartieri d'una compagnia di cavalli posti in Asburgo, e con tal furia piombarono sopra il campo, che Vocula non ebbe tempo nè di animarli, nè di spiegarli a battaglia. Solo potè nello scompiglio ordinare *di rinforzare il centro co' legionarj*. Gli ajuti si collocaron d'intorno confusamente. La cavallerìa si scagliò; ma ricevuta a piè fermo dagl'inimici, si ritirò verso i suoi. Fu strage allora, non zuffa. E le coorti de' Nervj, o per timore o per frode, i nostri fianchi scopersero. Così pervennesi alle legioni, che già perdute le insegne dentro a' ripari atterravansi, quando in un attimo, per nuovo ajuto, la sorte mutarsi della battaglia. Le comapagnìe de' Guasconi scelte da Galba, ed allor chiamate, udito nell'appressarsi al campo lo strepito della zuffa, assaltano gl'inimici dati alla strage alle spalle, e più che poteva il nu-

vesio, aliis a Magontiaco, universas copias advenisse credentibus. Is error Romanis addidit animos, et, dum alienis viribus confidunt, suas recepere. Fortissimus quisque e Batavis, quantum peditum erat, fundantur: eques evasit cum signis captivisque, quos prima acie conripuerant. Caesorum eo die, in partibus nostris, major numerus et imbellior; e Germanis ipsa robora.

34. *Dux uterque, pari culpa meritus adversa, prosperis defuere. Nam Civilis, si majoribus copiis instruxisset aciem, circumiri a tam paucis cohortibus nequisset, castraque perrupta excidisset. Vocula nec adventum hostium exploravit, eoque simul egressus victusque. Dein victoriae parum confisus, tritis frustra diebus, castra in hostem movit: quem si statim impellere, cursumque rerum sequi maturasset, solvere obsidium legionum eodem impetu potuisset. Tentaverat interim Civilis obsessorum animos, tamquam perditae apud Romanos res, et suis victoria provenisset. Circumferebantur signa vexillaque. Ostentati etiam captivi. Ex quibus unus, egregium facinus ausus, clara voce gesta patefecit, confossus illic a Germanis. Unde major indici fides. Simul vastatione incendiisque flagrantium villarum, venire victorem exercitum, intelligebantur.* In conspectu castrorum constitui signa, fossamque et vallum circumdari, *Vocula jubet:* depositis impedimentis sarcinisque, expediti certarent. *Hinc in Ducem clamor pugnam poscentium. Et minari adsueverant. Ne*

mero gli atterriscono, chi da Novesio, chi da Magonza credendo giunto l'intero esercito. Tale errore accrebbe cuore a' romani, e mentre fidan nell'altrui forze, le proprie ricuperarono. Il fior de' Batavi, quanta eravi fanteria, si sbaraglia: la cavallerìa dileguossi con i prigioni e le insegne che al primo scontro rapirono. Fu trucidato quel dì più numero, ed il più vile, de' nostri; il nervo stesso, de' barbari.

34. Entramb'i capi, per egual colpa le avversità meritatisi, mancarono alla fortuna. Poichè Civile, se di più gente l'esercito rinforzava, non poteva da così pochi intorniarsi; e il campo già fracassato spiantava. Nè Vocula spiò l'arrivo degl' inimici, e quindi uscito appena fu rotto: poi raffidato poco dalla vittoria, perduti invano più giorni, avanzò contro il nemico, cui, se seguendo il correre delle cose, speditamente incalzava, poteva collo stess'impeto sgombrar l'assedio. Tentò Civile frattanto gli animi degli assediati, come, disfatti i romani, fosse de' suoi la vittoria. Recavasi intorno e le bandiere e le insegne; menando pompa de' prigionieri, uno de' quali con generoso ardimento ad alta voce il successo manifestò: fu da' Germani là spento, onde più fede se gli ebbe. La rovina insieme e le fiamme de' borghi ardenti annunziavano approssimarsi l'esercito vincitore. Vocula *a vista del campo* fa *che si piantin le insegne, e di steccato e d'argine si circondino, e spediti d'ogni fardello combattano*. Gridano allora al capitano *battaglia:* e usavano minacciare. Senza pur tempo a schierar l'esercito appiccano scomposti e stracchi la zuffa:

tempore quidem ad ordinandam aciem capto, incompositi fessique proelium sumpsere. Nam Civilis aderat, non minus vitiis hostium, quam virtute suorum, fretus. Varia apud Romanos fortuna, et seditiosissimus quisque ignavus. Quidam recentis victoriae memores, retinere locum, ferire hostem, seque et proximos hortari: et, redintegrata acie, manus ad obsessos tendere, ne tempori deessent. *Illi, cuncta e muris cernentes, omnibus portis prorumpunt. Ac forte Civilis lapsu equi prostratus, credito per utrumque exercitum fama*, vulneratum aut interfectum, *immane quantum suis pavoris, et hostibus alacritatis, indidit.*

35. *Sed Vocula, omissis fugientium tergis, vallum turresque castrorum augebat, tamquam rursus obsidium immineret, corrupta totiens victoria, non falso suspectus bellum malle. Nihil aeque exercitus nostros, quam egestas copiarum, fatigabat. Impedimenta legionum cum imbelli turba Novesium missa, ut inde, terrestri itinere, frumentum adveherent: nam flumine hostes potiebantur. Primum agmen securum incessit, nondum satis firmo Civile. Qui, ubi* rursus missos Novesium frumentatores, datasque in praesidium cohortes, velut multa pace, ingredi *accepit, rarum apud signa militem, arma in vehiculis, cunctos licentia vagos, compositus invadit: praemissis, qui pontes et viarum angusta insiderent. Pugnatum longo agmine, et incerto Marte, donec proelium nox dirimeret. Cohortes Geldubam perrexere, manentibus, ut fue-*

poichè Civile stringevali, non affidato meno agli errori degl'inimici, che nel valore de'suoi. I romani ebbero varia fortuna, e i più sediziosi erano i più codardi: alcuni memori della fresca vittoria teneansi fermi, battevano l'inimico, sè ed i vicini animavano. E rinforzando la mischia alzavano agli assediati le mani, *perchè l'istante afferrassero*. Quegli, scorgendo tutto dalle muraglie, sboccan da tutte le porte. E casualmente Civile precipitò di cavallo, e il grido corsone in ambedue gli eserciti *ch' egli fosse ferito o morto* non è credibile quanta infondesse paura a' suoi, ed a' nemici baldanza.

35. Ma Vocula, trascurando di seguitare i fuggenti, le torri e gli argini rinforzava, come altro assedio gli soprastasse: facendolo meritamente sospetto di voler guerra la tante volte già dissipata vittoria. Nulla più travagliava i nostri, che la penuria de viveri. Spedironsi i carriaggi delle legioni col volgo imbelle a Novesio onde trar grano per terra: perocchè il fiume tenevasi da'nemici. La prima schiera andò salva, non riavutosi ancor Civile, che appena intese *spediti altri frumentieri a Novesio, e le coorti di scorta avanzare come in profonda pace*, assalta in ordine i soldati radi alle insegne, l'armi in su' carri, tutti vaganti a talento; insignoritosi prima dei ponti e passi. Si combattè in lunga fila e con dubbia sorte, sinchè la notte troncò la zuffa. Trassero a Gelduba le coorti, restando il campo qual era, che da'soldati guardavasi là rimasti. Non era dubbio il pericolo, che

rant, *castris*, *quae relictorum illic militum praesidio tenebantur*. *Non erat dubium*, *quantum in regressu discriminis adeundum foret*, *frumentatoribus onustis perculsisque*. *Addit exercitui suo Vocula mille delectos e quinta et quintadecima legionibus apud Vetera obsessis*, *indomitum militem*, *et Ducibus infensum*. *Plures*, *quam jussum erat*, *profecti*, *palam in agmine fremebant*, non se ultra famem, insidias Legatorum, toleraturos. *At*, *qui remanserant*, desertos se abducta parte legionum, *querebantur*. *Duplex hinc seditio; aliis revocantibus Voculam*, *aliis redire in castra abnuentibus*.

36. *Interim Civilis Vetera circumsedit*. *Vocula Geldubam*, *atque inde Novesium concessit*. *Civilis capit Geldubam*. *Mox*, *haud procul Novesio*, *equestri proelio prospere certavit*. *Sed miles secundis adversisque perinde in exitium Ducum accendebatur*. *Et adventu quintanorum quintadecimanorumque auctae legiones*, donativum *exposcunt*, *comperto pecuniam a Vitellio missam*. *Nec diu cunctatus Hordeonius*, *nomine Vespasiani dedit*. *Idque praecipuum fuit seditionis alimentum*. *Effusi in luxum et epulas*, *et nocturnos coetus*, *veterem in Hordeonium iram renovant*. *Nec ullo Legatorum Tribunorumve obsistere auso* (*quippe omnem pudorem nox ademerat*) *protractum e cubili interficiunt*. *Eadem in Voculam parabantur*, *nisi servili habitu*, *per tenebras*, *ignoratus evasisset*. *Ubi*, *sedato impetu*, *metus rediit: Centuriones cum epistolis ad civitates Galliarum misere*, auxilia ac stipendia *oraturos*.

nel ritorno correvasi da' frumentieri carichi e sbigottiti. Rinforza Vocula la sua truppa di mille scelti dalle legioni quindicesima e quinta al campo vecchio assediate; soldati indomiti e fieri co' capitani. Partitine più che non era ordinato, apertamente fremevano nel marciare *ch' e' non avrebbero*, *oltre la fame, sofferto la fellonia de' legati:* onde arse doppio tumulto, chi richiamando Vocula, chi negando tornare al campo.

36. Civile intanto il campo vecchio assediava. Vocula trasse a Gelduba, indi a Novesio. Civile Gelduba espugna; non lungi poi da Novesio prosperamente con la cavalleria combattè. Ma i nostri dalle vittorie e dalle rotte egualmente alla ruina de'capitani infiammavansi. E sopraggiunte la quinta e la quindicesima, le legioni domandano *il donativo*, scoperto giunto il danajo da Vitellio. Ed Ordeonio, senza indugiare, lo diede a nome di Vespasiano; e fu della sedizione il principale alimento. Datisi a giuochi, stravizi, e notturne tresche, risveglian l'antica ira contra Ordeonio; nè osando capo o tribuno opporsi (poichè la notte ogni vergogna avea tolta) trattol di letto l'uccidono. Lo stesso apparecchiavasi a Vocula, se non fuggivasi in servil abito ascostosi fra le tenebre. Risorta al cessar dell'impeto la paura, mandaron lettere e centurioni alle città delle Gallie per trarne ajuto e danaro.

37. *Ipsi, ut est vulgus sine rectore praeceps, pavidum, socors, adventante Civile, raptis temere armis, ac statim omissis, in fugam vertuntur. Res adversae discordiam peperere, iis, qui e superiore exercitu erant, caussam suam dissociantibus. Vitellii tamen imagines, in castris, et per proximas Belgarum civitates, repositae, cum jam Vitellius occidisset. Dein mutati in poenitentiam primani, quartanique, et duodevicesimani, Voculam sequuntur: apud quem resumpto Vespasiani sacramento, ad liberandum Magontiaci obsidium ducebantur. Discesserant obsessores, mixtus ex Cattis, Usipiis, Mattiacis exercitus, satietate praedae, nec incruenti. In via dispersos et nescios miles noster invaserat. Quin et loricam vallumque per fines suos Treveri struxere, magnisque invicem cladibus cum Germanis certabant, donec egregia erga Populum Romanum merita mox rebelles foedarent.*

38. *Interea Vespasianus iterum ac Titus Consulatum absentes inierunt; maesta et multiplici metu suspensa civitate, quae, super instantia mala, falsos pavores induerat:* descivisse Africam, res novas moliente L. Pisone. *Is praeerat provinciae, nequaquam turbidus ingenio. Sed, quia naves saevitia hiemis prohibebantur, vulgus, alimenta in dies mercari solitum, cui una ex Rep. annonae cura, clausum litus, retineri commeatus, dum timet, credebat: augentibus famam Vitellianis, qui studium partium nondum posuerant; nec victoribus quidem ingrato rumore, quorum cupiditates, externis quoque*

37. Essi come ogni turba senza chi reggerla, ruinosa, timida, forsennata, all'appressar di Civile prendono l' armi impazzatamente, le gettano, e ratto in fuga si volgono. Discordia mossero le avversità, non consentendo ad essi que' dell' esercito superiore. Pure e nel campo e per le città de' vicini Belgi si rialzaron le immagini di Vitellio, sendo Vitellio già spento. Poi presi da pentimento i primani e i quartani ed i diciottesimi seguitan Vocula, sotto cui rinnovato il giuramento per Vespasiano menavansi a trar d'assedio Magonza. Partiti n' erano gli assedianti, esercito mescolato di Catti Usipj Mattiaci, per sazietà di preda, nè senza sangue. Il Romano in su la via gli assaltò dispersi ed inavvertiti. Che anzi i Treveri di muro e d' argine i lor confini inforzarono, e combattevano con molta strage scambievole co' Germani: sinochè poi ribellandosi, gli egregj meriti verso Roma vituperarono.

38. Vespasiano intanto per la seconda volta e Tito assenti presero il consolato, essendo la città mesta e sospesa in varie paure, ed oltre alle urgenti calamità presa da falsi spaventi, *che l' Affrica ribellasse per novità tramate da Lucio Pisone*. Aveane questi il governo, d' animo affatto non torbido. Ma, trattenendosi dall' aspro verno le navi, il volgo uso a vivere alla giornata, che sol del vitto si briga nella repubblica, mentre teme serrato il mare, impediti i viveri, lo credeva, accrescendone i Vitelliani, ne' quali ancora viveva l' amor di parte, il romore, caro a' vincitori

bellis inexplebiles, nulla unquam civilis victoria satiavit.

39. *Kal. Januariis in Senatu, quem Julius Frontinus, Praetor urbanus, vocaverat, Legatis exercitibusque, ac Regibus* laudes gratesque *decretae: et Tertio Juliano Praetura*, tamquam transgredientem in partes Vespasiani legionem deseruisset, *ablata, ut in Plotium Griphum transferretur. Hormo dignitas Equestris data. Et mox, ejurant Frontino, Caesar Domitianus Praeturam cepit. Ejus nomen epistolis edictisque proponebatur; vis penes Mucianum erat: nisi quod pleraque Domitianus, instigantibus amicis, aut propria libidine, audebat. Sed praecipuus Muciano metus e Primo Antonio Varoque Arrio: quos recentes, clarosque rerum fama ac militum studiis, etiam populus fovebat, quia in neminem ultra aciem saevierant. Et ferebatur Antonius Scribonianum Crassum, egregiis majoribus, et fraterna imagine fulgentem, ad capessendam Remp. hortatus: haud defutura consciorum manu, ni Scribonianus abnuisset, ne paratis quidem corrumpi facilis, adeo metuens incerta. Igitur Mucianus, quia propalam opprimi Antonius nequibat, multis in Senatu laudibus cumulatum, secretis promissis onerat,* citeriorem Hispaniam *ostentans*, discessu Cluvii Rufi vacuam; *simul amicis ejus Tribunatus Praefecturasque, largitur. Dein, postquam inanem animum spe et cupidine impleverat, vires abolet: dimissa in hiberna legione septima, cujus flagrantissimus in Antonium amor. Et tertia legio,*

medesimi, le cui brame, in guerre straniere ancora insaziabili, niuna civil vittoria mai satollò.

39. Il primo di Gennajo il Senato, raccolto da Giulio Frontino pretore Urbano, decretò *lodi e ringraziamenti* a' legati ed agli eserciti e a' Re: spogliò Terzo Giuliano della pretura, *perchè lasciò la legione datasi a Vespasiano;* e Plozio Grifo ne ornò. Diessi l' equestre dignità ad Ormo. Poi, deponendo Frontino il carico della pretura, l' assunse Cesare Domiziano. A bandi e lettere il nome suo preponevasi: la forza era in Muciano; se non che molte cose, o ad impulsion degli amici, o di suo talento, ardivansi da Domiziano. Ma il terror massimo di Muciano erano Antonio Primo e Arrio Varo, che poderosi [3], e chiari per alte imprese e per l' amor de' soldati, erano ancora il cuore del popolo per non avere straziato alcuno fuor di battaglia. E si diceva che Antonio spronò Scriboniano Crasso, chiaro pe' grandi antenati e per l' illustre fratello, ad occupar la repubblica; nè gli erano per mancar complici, se Scriboniano arrendevasi, restìo a muoversi nella certezza, tanto temeva il pericolo. Muciano dunque, non si potendo palesemente opprimere Antonio, colmatolo di molte lodi in Senato, tutto promettegli segretamente, *la Spagna di qua* mostrandogli *vota per la partenza di Cluvio Rufo*. Prodiga insieme agli amici suoi tribunati e governi. Quindi, poichè di speranze e brame il vano animo empiè, snervane la possanza, mandando ne' suoi quartieri a svernare la legion settima, piena d'amore ardentissimo per Antonio. E fu rimandata in Siria la terza, a

familiaris Arrio Varo miles, in Syriam remissa. Pars exercitus in Germanias ducebatur. Sic egesto, quidquid turbidum, redit urbi sua forma legesque, et munia Magistratuum.

40. *Quo die Senatum ingressus est Domitianus*, de absentia patris fratrisque ac juventa sua *pauca et modica disseruit, decorus habitu: et, ignotis adhuc moribus, crebra oris confusio pro modestia accipiebatur. Referente Caesare*, de restituendis Galbae honoribus, *censuit Curtius Montanus*, ut Pisonis quoque memoria celebraretur. *Patres utrumque jussere: de Pisone irritum fuit. Tum sorte ducti*, per quos redderentur bello rapta, quique aera legum, vetustate delapsa, noscerent figerentque, et Fastos, adulatione temporum foedatos, exonerarent, modumque publicis impensis facerent. *Redditur Tertio Juliano Praetura, postquam cognitus est ad Vespasianum confugisse: Gripho honor mansit. Repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum et P. Celerem placuit, damnatusque Publius, et Sorani manibus satisfactum. Insignis publica severitate dies, ne privatim quidem laude caruit. Justum judicium explesse Musonius videbatur: diversa fama Demetrio, Cynicam sectam professo, quod manifestum reum ambitiosius, quam honestius, defendisset. Ipsi Publio neque animus in periculis, neque oratio suppeditavit. Signo ultionis in adcusatores dato, petit a Caesare Junius Mauricus*, ut commentariorum Principalium potestatem Senatui faceret, per quos nosceret quem

Varo affezionatissima. Dell' esercito ne andava parte in Germania. Così purgata d' ogni maligno umore, riprese Roma l' usata forma, le leggi, e gli ordini de' magistrati.

40. Il giorno, che Domiziano entrò nel Senato, poche e semplici parole disse *del padre e del fratello assenti*, *e della sua giovinezza*, onestamente composto: nè conosciutone ancor l' umore, il suo frequente arrossare modestia s'interpretava. Proponendo Cesare, *che si rendesser gli onori a Galba*, Curzio Montano aggiunse, *che la memoria pur di Pisone si celebrasse*. L' uno e l' altro da'Padri si decretò: non si eseguì di Pisone. Quindi si trassero a sorte alcuni, *per cui si restituisser le cose rapite in guerra*, *si conoscessero ed affiggesser le tavole delle leggi guaste dalla vecchiezza*, *si riformassero i fasti corrotti dall' adulazione de' tempi*, *e le spese pubbliche si regolassero*. Rendesi la pretura a Terzo Giuliano, poichè si seppe ch' egli era a Vespasiano ricorso: restonne a Grifo la dignità. Piacque poi che la causa tra Musonio Rufo e Publio Celere si rassumesse: e fu condannato Publio, e placata l' anima di Sorano. Tal dì, per pubblica severità segnalato, non mancò pure di lode privatamente. Si commendava Musonio d' aver compiuta una giusta causa: Demetrio di setta cinica vituperavasi che un reo palese, con maggior fasto che dignità, proteggesse. A Publio stesso nè cuor nè lingua sostennesi nel pericolo. Datosi contr' agli accusatori il segnale della vendetta, domanda a Cesare Giunio Maurico, *che presentasse a' Padri i diarj de' Principi*

quisque adcusandum poposcisset. Consulendum tali super re Principem, *respondit*.

41. *Senatus, inchoantibus primoribus, jusjurandum concepit, quo certatim omnes Magistratus, ceteri ut sententiam rogabantur*, Deos testes *advocabant*, nihil ope sua factum, quo cujusquam salus laederetur, neque se praemium, aut honorem, ex calamitate civium cepisse: *trepidis, et verba jurisjurandi per varias artes mutantibus, quis flagitii conscientia inerat. Probabant religionem Patres, perjurium arguebant. Eaque velut censura in Sariolenum Voculam, et Nonium Actianum, et Cestium Severum acerrime incubuit, crebris apud Neronem delationibus famosos. Sariolenum et recens crimen urgebat, quod apud Vitellium molitus eadem foret. Nec destitit Senatus manus intentare Voculae, donec curia excederet. Ad Pactium Africanum transgressi, eum quoque proturbant: tamquam Neroni Scribonios fratres, concordia opibusque insignes, ad exitium monstravisset. Africanus neque fateri audebat, neque abnuere poterat: in Vibium Crispum, cujus interrogationibus fatigabatur, ultro conversus, miscendo quae defendere nequibat, societate culpae invidiam declinavit.*

42. *Magnam eo die pietatis eloquentiaeque famam Vipstanus Messalla adeptus est, nondum Senatoria aetate, ausus pro fratre Aquilio Regulo deprecari. Regulum subversa Crassorum et Orphiti domus in summum odium extulerat.*

onde conoscere quali accuse e da chi mai si tramassero. Rispose, *dover su ciò consultarsi il Principe*.

41. Il Senato, incominciando i primarj, propose tal giuramento, onde ciascun magistrato a gara, gli altri secondo il grado, chiamavano in testimonio gl' Iddii *di non aver nulla oprato a rovina altrui; nè onore o premio ritratto dalle sciagure de' cittadini:* tremando, e con varj ingegni la forma del giuramento alterando, que' che sapevan la propria malvagità. I Padri ne provavano la lealtà [4], ne arguivano lo spergiuro. E questa quasi censura ferocemente colpì Sarioleno Vocula, Nonio Aziano, e Cestio Severo, infami per molte accuse sotto Nerone. E univasi in Sarioleno il delitto d'aver osato sotto Vitellio le stesse malvagità. Nè si ritenne il Senato dall' avventarglisi in viso, sinchè di curia egli uscì. Investon quindi Pazio Affricano, ed egualmente lo scacciano, perchè inferocì Nerone contro i Fratelli Scribonj, noti per opulenza e concordia. Nè confessare ardiva, nè potea negare Affricano: ma voltosi a Vibio Crispo, che lo stringeva con le interrogazioni, abbarruffandolo in cose che non poteva difendere, all'odio con la sua complicità si sottrasse.

42. Gran fama e di pietà e di eloquenza si procacciò quel dì Vipstano Messala, osando, non ancor d'età senatoria, implorar pietà per Aquilio Regolo suo fratello. Era venuto in grand' odio Regolo per la rovina tramata a' Crassi e ad Orfito. Pareva che

Sponte ex S. C. accusationem subisse juvenis admodum, nec depellendi periculi, sed in spem potentiae videbatur. Et Sulpicia Praetextata, Crassi uxor, quatuorque liberi, si cognosceret Senatus, ultores aderant. Igitur Messalla non caussam, neque reum tueri, sed periculis fratris semet opponens, flexerat quosdam. Occurrit truci oratione Curtius Montanus, eo usque progressus, ut, post caedem Galbae, datam interfectori Pisonis pecuniam a Regulo, adpetitumque morsu Pisonis caput, *objectaret*. Haec certe, *inquit*, Nero non coegit, nec dignitatem, aut salutem, illa saevitia redemisti. Sane toleremus istorum defensiones, qui perdere alios, quam periclitari ipsi maluerunt. Te securum reliquerat exul pater, et divisa inter creditores bona, nondum honorum capax aetas: nihil quod ex te concupisceret Nero, nihil quod timeret. Libidine sanguinis, et hiatu praemiorum, ignotum adhuc ingenium, et nullis defensionibus expertum, caede nobili imbuisti. Cum ex funere Reipublicae, raptis Consularibus spoliis, septuagies sextertio saginatus, et Sacerdotio fulgens, innoxios pueros, illustres senes, conspicuas foeminas eadem ruina prosterneres: cum *segnitiam Neronis* incusares, *quod per singulas domos seque et delatores fatigaret: posse universum Senatum una voce subverti*. Retinete, Patres conscripti, et reservate hominem tam expediti consilii, ut omnis aetas instructa sit, et quomodo senes nostri Marcellum, Crispum, juvenes Regulum, imitentur. Invenit etiam aemulos infelix nequitia. Quid si floreat vigeatque? Et quem adhuc Quae-

a tale accusa spontaneamente assai giovane s'esponesse, nè per uscir di pericolo, ma sì potenza agognando [5]. E Sulpizia Pretestata, moglie di Crasso, e quattro figliuoli suoi eran per farne vendetta, ove il Senato ne giudicasse. Messala dunque nè reo difese, nè causa; ma, coll'oppor sè stesso a' pericoli del fratello, alcuni già commoveva. Gli si avventò con atroce aringa Curzio Montano, giungendo sino ad aggravar Regolo che, spento Galba, desse danaro all'uccisor di Pisone, e co' denti il teschio ne lacerasse. *A questo certo*, disse, *Nerone non ti sforzò; nè grado o vita con tale inumanità riscattasti. Tolleriam pur le difese di tali uomini, i quali amaron più tosto rovinar altri, che rischiar sè. Rendevano te sicuro il bandito padre, le facoltà divise tra' creditori, l'età non atta agli onori. Nulla Nerone bramar poteva, nulla temere da te. Per sete di sangue e per avidità di guadagno il tuo sconosciuto, nè per alcuna difesa provato ingegno, con assassinio nobile segnalasti, quando, rapite nell'esterminio della repubblica le consolari spoglie, impinguato di sette milion di sesterzj, ornato del sacerdozio, putti innocenti, vecchi onorevoli, matrone illustri con lo stess' impeto rovesciasti: quando sgridasti la codardia di Nerone, che affaticasse e sè e i delatori per ogni casa, potendo l'intero Senato abbattere con una sola parola. Ritenete, Padri Coscritti, e ad istruzion d'ogni età conservate un uomo di sì spedito consiglio; e come da' nostri vecchi Marcello e Crispo, così da' giovani abbiasi Regolo per esempio.* Trovò pur

storium offendere non audemus, Praetorium et Consularem visuri sumus? An Neronem extremum dominorum putatis? Idem crediderant, qui Tiberio, qui Cajo, superstites fuerunt: cum interim intestabilior et saevior exortus est. Non timemus Vespasianum: ea Principis aetas, ea moderatio. Sed diutius durant exempla, quam mores. Elanguimus, Patres conscripti, nec jam ille Senatus sumus, qui, occiso Nerone, delatores et ministros more majorum puniendos flagitabat. Optimus est, post malum Principem, dies primus.

43. *Tanto cum adsensu Senatus auditus est Montanus, ut spem caperet Helvidius, posse etiam Marcellum prosterni. Igitur a laude Cluvii Rufi orsus, qui, perinde dives et eloquentia clarus, nulli unquam sub Nerone periculum facessisset, crimine simul exemploque Eprium urgebat: ardentibus Patrum animis. Quod ubi sensit Marcellus, velut excedens curia:* Imus, *inquit*, Prisce, et relinquimus tibi Senatum tuum: regna, praesente Caesare. *Sequebatur Vibius Crispus: ambo infensi, vultu diverso. Marcellus minacibus oculis, Crispus renidens: donec adcursu amicorum retraherentur. Cum glisceret certamen, hinc multi bonique, inde pauci et validi, pertinacibus odiis tenderent, consumptus per discordiam dies.*

44. *Proximo Senatu, inchoante Caesare*, de abolendo dolore iraque, et priorum temporum necessitatibus, *censuit Mucianus prolixe pro ad-*

emoli l'infelice malvagità: che farà in forza ed in fiore? E chi non osiamo appena questore offendere, potremo noi provocare Pretore e Console? Credete forse Nerone l'ultimo de' tiranni? Pensò lo stesso chi a Tiberio e a Cajo sopravvisse; eppur ne sorse uno peggiore e più barbaro. Non temiam Vespasiano: tale è la età, tal la modestia del Principe. Ma gli esempj durano più che i costumi. Peggiorammo, Padri Coscritti, nè siam già noi quel Senato, il quale, ucciso Nerone, ardeva pur di punirne al costume antico i delatori e i ministri. Il miglior giorno dopo malvagio principe è il primo.

43. Fu con tanta approvazion del Senato Montano udito, che prese Elvidio speranza che si potesse abbattere ancor Marcello. Fattosi dunque dal commendar Cluvio Rufo, che, ricco egualmente e chiaro per eloquenza, niun pose mai sotto Nerone in travaglio, stringeva col fatto insieme e con l'esempio Marcello, ardendo gli animi de' Senatori; di che Marcello avvedutosi, come di Curia uscisse, *ne andiamo noi*, disse, *o Prisco*, *e lasciamo a te il tuo Senato: regna al cospetto di Cesare:* seguivalo Vibio Crispo; ambo adirati, con vario aspetto, Marcello con occhi ardenti, Crispo con riso maligno, sinchè gli amici accorsero e li ritrassero. Incalorendo la mischia, di qua molti e buoni, di là pochi e forti con pertinaci odj insistendo, quel dì fu consumato in discordie.

44. Nella seguente adunanza parlando Cesare *di obbliar l'ira e il dolore, e i travagli de' tempi andati*, Muciano parlamentò lungamente in favor

cusatoribus: simul eos, qui coeptam, dein omissam, actionem repeterent, monuit sermone molli, et tamquam rogaret. Patres coeptatam libertatem, postquam obviam itum, omisere. Mucianus, ne sperni Senatus judicium, et cunctis sub Nerone admissis data impunitas videretur, Octavium Sagittam, et Antistium Sosianum, Senatorii ordinis, egressos exilium, in easdem insulas redegit. Octavius Pontiam Postumiam, stupro cognitam, et nuptias suas abnuentem, impotens amoris interfecerat: Sosianus pravitate morum multis exitiosus. Ambo gravi Senatusconsulto damnati pulsique, quamvis concesso aliis reditu, in eadem poena retenti sunt. Nec ideo lenita erga Mucianum invidia. Quippe Sosianus ac Sagitta viles, etiam si reverterentur: adcusatorum ingenia, et opes, et exercita malis artibus potentia timebatur.

45. *Reconciliavit paullisper studia Patrum habita in Senatu cognitio, secundum veterem morem. Manlius Patruitus, ordinis Senatorii*, pulsatum se in colonia Senensi coetu multitudinis et jussu magistratuum, *querebatur*, nec finem injuriae hic stetisse: planctum, et lamenta, et supremorum imaginem praesenti sibi circumdata, cum contumeliis et probris, quae in Senatum universum jacerentur. *Vocati, qui arguebantur. Et, cognita caussa, in convictos vindicatum. Additumque S. C. quo Senensium plebes modestiae admoneretur. Iisdem diebus Antonius Flamma Cyrenensibus damnatur lege repetundarum, et exilio ob saevitiam.*

degli accusatori. Con dolci parole insieme, come ne li pregasse, ammonì coloro, che una promossa, poi tralasciata accusa, rinnovellavano. I Padri, poich'era loro impugnata, la presa libertà abbandonarono. Muciano, per non mostrare che dispregiavasi l'autorità del Senato, ed impunite lasciavansi tutte le scelleraggini oprate sotto Nerone, rilegò nelle stesse isole, donde uscirono, Ottavio Sagitta e Antistio Sosiano dell'Ordine Senatorio. Ottavio per frenesia d'amore spense Ponzia Postumia, che seco giacque, nè poi lo volle a marito: Sosiano per la iniquità de'costumi a molti fu di rovina. Condannati ed espulsi entrambi con rigoroso decreto, furono ritenuti nella medesima pena, benchè altri fossero richiamati. Nè perciò l'odio placossi contro Muciano. Poichè Sosiano e Sagitta eran vili, benchè tornassero: l'ingegno e le facoltà degli accusatori temevansi e la potenza abituata a mal fare.

45. Quetò gli umori de'Padri alquanto una causa innanzi a loro trattatasi all'uso antico. Il Senatore Mallio Patruito dolevasi *d'essere stato battuto nella città di Siena da una brigata di popolo e per ordine de' magistrati; e per più strazio, fattogli gemiti e piagnistei, ed esequiatolo come morto: con altri scherni ed ingiurie strazianti tutto il Senato.* Citansi gli accusati; e, conosciuta la causa, si condannarono i rei. Ed un decreto s'aggiunse, onde ammonir la plebe Sanese ad usar modestia. Ne' giorni stessi Antonio Fiamma ad istanza de' Cirenei condannasi di estorsioni, ed esiliasi per crudeltà.

46. *Inter quae militaris seditio prope exarsit. Praetorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati: et inlectus in eamdem spem, e legionibus miles promissa stipendia flagitabat. Ne Vitelliani quidem, sine multa coede, pelli poterant. Ingressus castra Mucianus, quo rectius stipendia singulorum spectaret, suis cum insignibus armisque victores constituit, modicis inter se spatiis discretos. Tum Vitelliani, quos apud Bovillas in deditionem acceptos memoravimus, ceterique per urbem et urbi vicina conquisiti, producuntur prope intecto corpore.* Eos *Mucianus* diduci, et Germanicum Britannicumque militem, ac si qui aliorum exercituum, separatim adsistere, *jubet. Illos primus statim adspectus obstupefecerat: cum ex diverso velut aciem, telis et armis trucem, semet clausos nudosque et inluvie deformes, adspicerent. Ut vero huc illuc distrahi coepere, metus per omnes, et praecipua Germanici militis formido, tamquam ea separatione ad coedem destinarentur: prensare commanipularium pectora, cervicibus innecti, suprema oscula petere,* ne desererentur soli, neu, in pari caussa, disparem fortunam paterentur: *modo Mucianum, modo absentem Principem, postremum coelum ac Deos obtestari: donec Mucianus,* cunctos ejusdem sacramenti, ejusdem Imperatoris milites *adpellans, falso timori obviam iret. Namque et victor exercitus clamore lacrimas eorum juvabat. Isque finis illa die. Paucis post diebus, adloquentem Domitianum firmati jam excepere. Spernunt*

46. Frattanto fu per accendersi a sedizione l'esercito. Reintegramento chiedevano i pretoriani, che, da Vitellio espulsi, per Vespasiano si unirono; e le promesse paghe il legionario esigeva, mosso da eguale speranza. Nè i Vitelliani pure senza gran sangue cacciar potevansi. Entrato in campo Muciano, onde conoscer meglio il servigio di ciaschedun o, ordinò con l'armi e le insegne, di breve tratto spartendoli, i vincitori. Allora i Vitelliani arresi, come narrammo, a Boville, e gli altri cerchi per i contorni e dentro della città, produconsi quasi ignudi. Muciano fa separarli, e porre divisamente ed i Germani, e i Britanni, e se v' erano d' altri eserciti. Tal vista subito gl'istupidì, mirandosi di rincontro quasi un esercito armato e fiero, e sè stessi chiusi, ed ignudi, e sozzi d'ogni lordura. Incominciarono appena ad essere qua e là divisi, tutti impaurirono, ed i soldati Germani principalmente, come per tale separazione a morte si destinassero. Il seno abbracciano, al collo stringonsi de' lor compagni, chiedono gli ultimi baci, *che non si lascino soli, nè in egual causa soggiacciano a disuguale fortuna*: scongiuran ora Muciano, ora l'assente Principe, infine il cielo e gli Dei; finchè Muciano *tutti* chiamandoli *d' un giuramento medesimo, d' un medesimo Imperadore soldati*, bandì la vana paura. Perocchè anche l'esercito vincitore le loro lagrime con alte grida ajutava. Tal ebbe fine quel giorno. Pochi dì poi, già calmati, intesero parlamentar Domiziano. Gli offerti campi rifiutano; pregan *milizia e soldo*. Eran preghiere, ma tali che non potean contraddirsi. Si ascrisser dunque

oblatos agros: militiam et stipendia *orant. Preces erant, sed quibus contradici non posset. Igitur in Praetorium accepti. Dein, quibus aetas et justa stipendia, dimissi cum honore, alii ob culpam; sed carptim, ac singuli: quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur.*

47. *Ceterum verane pauperie, an uti videretur, actum in Senatu,* ut sexcenties sestertium a privatis mutuum acciperetur. *Praepositusque ei curae Poppaeus Silvanus. Nec multo post necessitas abiit, sive omissa simulatio. Abrogati inde, legem ferente Domitiano, Consulatus, quos Vitellius dederat. Funusque Censorium Flavio Sabino ductum: magna documenta instabilis fortunae, summaque et ima miscentis.*

48. *Sub idem tempus L. Piso Proconsul interficitur. Ea de caede quam verissime expediam, si pauca supra repetiero, ab initio caussisque talium facinorum non absurda. Legio in Africa auxiliaque tutandis Imperii finibus, sub divo Augusto Tiberioque Principibus, Proconsuli parebant. Mox C. Caesar, turbidus animi, ac M. Silvanum obtinentem Africam metuens, ablatam Proconsuli legionem, misso in eam rem Legato tradidit. Aequatus inter duos beneficiorum numerus, et, mixtis utriusque mandatis, discordia quaesita auctaque pravo certamine. Legatorum vis adolevit diuturnitate officii, vel quia minoribus major aemulandi cura: Proconsulum splendidissimus quisque securitati magis, quam potentiae consulebant.*

49. *Sed tum legionem in Africa regebat Va-*

tra' pretoriani. Indi quanti erano benemeriti o veterani orrevolmente si congedarono, altri per colpe; ma or l'uno, or altro sommariamente: col qual rimedio certissimo il nervo troncasi delle fazioni.

47. Per altro, o vera fosse o simulata indigenza, il Senato deliberò, *che si togliessero a prestito da' privati sessanta milion di sesterzj*, datone a Poppeo Silvano l'incarico. Nè molto dopo il bisogno o la finzione cessò. Quindi per legge propostasi da Domiziano i consolati abolironsi concessi già da Vitellio. A Flavio Sabino censorie esequie si celebrarono: grandi esempj della incostanza, onde ogni cosa confondesi dalla fortuna.

48. In su quel tempo uccidesi C. Pisone Proconsole: della cui morte meglio mi spedirò, se brevemente l'origine e le cagioni ricorrerò di tali misfatti. In Affrica la legione e gli ajuti, che le frontiere vegliavano dell'imperio, signoreggiando Augusto e Tiberio, obbedivano ad un proconsole. Poi Cajo Cesare, d'ingegno torbido, e paventando M. Silano che governava l'Affrica, tolta la legione al proconsole, ad un legato a cotal uopo inviatovi l'affidò. Si agguagliarono le promozioni tra due, e confusa l'autorità d'entrambi n'arse discordia, che divampò per le malvagie contese. Vennero in forza i legati per la diuturnità dell'uffizio, o perchè è più operosa negl'inferiori l'invidia. I proconsoli di maggior grido più alla salvezza, che alla potenza attendevano.

49. Allor comandava in Affrica la legione Vale-

lerius Festus, sumptuosae adolescentiae, neque modica cupiens, et adfinitate Vitellii anxius. Is crebris sermonibus tentaveritne Pisonem ad res novas, an tentanti restiterit, incertum; quoniam secreto eorum nemo adfuit, et, occiso Pisone, plerique ad gratiam interfectoris inclinavere. Nec ambigitur, provinciam et militem alienato erga Vespasianum animo fuisse: et quidam e Vitellianis, urbe profugi, ostentabant Pisoni nutantes Gallias, paratam Germaniam, pericula ipsius, et in pace suspecta tutius bellum. *Inter quae Claudius Sagitta, Prefectus alae Petrinae, prospera navigatione praevenit Papirium, Centurionem, a Muciano missum, adseveravitque* mandata interficiendi Pisonis Centurioni data. Cecidisse Galerianum consobrinum ejus generumque. Unam in audacia spem salutis. Sed duo itinera audendi; seu mallet arma, seu petita navibus Gallia, Ducem se Vitellianis exercitibus ostenderet. *Nihil ad ea moto Pisone, Centurio a Muciano missus, ut portum Carthaginis adtigit, magna voce laeta Pisoni omina, tamquam Principi continuare; obvios, et subitae rei miraculo adtonitos ut eadem adstreperent, hortari. Vulgus credulum, ruere in forum*, praesentiam Pisonis *exposcere. Gaudio clamoribusque cuncta miscebant, indiligentia veri, et adulandi libidine. Piso, indicio Sagittae, vel insita modestia, non in publicum egressus est, neque se studiis vulgi permisit. Centurionemque percunctatus, postquam*, quaesitum sibi crimen caedemque, *comperit*, animadverti in eum *jussit*, *haud perin-*

rio Festo, giovane sontuoso, d'ingorde brame, ed inquieto per l'affinità di Vitellio. Se con frequenti colloquj costui Pisone a novità stimolasse, o stimolatone gli resistesse, non so; poichè niuno a' lor segreti intervenne; e molti, spento Pisone, alla grazia dell' uccisore aspirarono. Nè si dubita che la provincia e l'esercito ripugnassero a Vespasiano, e fuggitisi alcuni Vitelliani di Roma poneano in vista a Pisone *il vacillar delle Gallie, il fremere della Germania, i perigli suoi, e più sicura in sospetta pace la guerra*. Intanto Claudio Sagitta, prefetto della cavalleria petrina, con il favor del vento prevenne il centurione Papirio spedito già da Muciano, ed a Pisone certificò *l'incarico dato al Centurione di ucciderlo. Già caduto il suo cugino e genero Galeriano. Non rimaner salute che nell' ardire. Ma due cimenti a tentarsi, o prender subito l'armi, o navigando in Gallia offrirsi capo agli eserciti Vitelliani.* Nulla Pisone commossone, il centurione speditogli da Muciano, sbarcato appena in Cartagine, ad alta voce festeggia e grida *Pisone Principe:* anima gli accorrenti, per l'improviso prodigio attoniti, ad esclamare lo stesso. Il volgo credulo corre in piazza, chiede *si mostri Pisone*. Empievano di gioja e grida ogni cosa per trascuraggine di rintracciare il vero, o per impeto di adulare. Pisone e da Sagitta istruito, o per natural modestia, in pubblico non uscì, nè si espose al fervor del volgo. E interrogato il centurione, e chiaritosi della trama orditagli per ammazzarlo, fa spegnerlo, non a speranza di vivere, come per ira contro il sicario,

de spe vitae, quam ira in percussorem, quod idem ex interfectoribus Clodii Macri, cruentas Legati sanguine manus ad caedem Proconsulis retulisset. Anxio deinde edicto Carthaginensibus increpitis, ne solita quidem munia usurpabat clausus intra domum, ne qua motus novi caussa vel forte oriretur.

50. *Sed, ubi Festo consternatio vulgi, Centurionis supplicium, veraque et falsa, more famae, in majus innotuere, equites in necem Pisonis mittit. Illi raptim vecti, obscuro adhuc coeptae lucis, domum Proconsulis inrumpunt, destrictis gladiis, et magna pars Pisonis ignari, quod Poenos auxiliares Maurosque in eam caedem delegerat. Haud procul cubiculo, obvium forte servum*, quisnam, et ubi esset Piso? *interrogavere. Servus egregio mendacio*, se Pisonem esse, *respondit: ac statim obtruncatur. Nec multo post Piso interficitur. Namque aderat, qui nosceret, Bebius Massa, e procuratoribus Africae, jam tunc optimo cuique exitiosus, et in caussas malorum, quae mox tulimus saepius rediturus. Festus Adrumeto, ubi speculabundus substiterat, ad legionem contendit, praefectumque castrorum, Cetronium Pisanum, vinciri jussit, proprias ob simultates: sed* Pisonis satellitem *vocabat, militesque et centuriones quosdam puniit, alios praemiis adfecit: neutrum ex merito, sed ut oppressisse bellum crederetur. Mox Oeensium Leptitanorumque discordias componit, quae, raptu frugum et pecorum inter agrestes, modicis principiis jam per arma atque acies exerceban-*

che essendo uno degli uccisori di Clodio Macro venisse poi con le mani intrise nel sangue già d'un legato a trucidare un proconsolo. Di poi, ripresi con grave editto i Cartaginesi, neppure agli usati uffizj attendeva, rinchiuso in casa, perchè, neppur casualmente, cagion di nuovo tumulto si risvegliasse.

50. Ma tostochè intese Festo l'agitazione del volgo, il supplizio del centurione il vero e'l falso, com'usa accrescersi dalla fama, manda una squadra a cavallo a trucidare Pisone. Giungono questi furiosamente che appena il dì biancheggiava, e con le spade impugnate la casa sforzano del Proconsole, i più non conoscendo Pisone, per esser mori e cartaginesi gli eletti a tale assassinio. Presso alla stanza imbattutisi in uno schiavo, *chi sia* gli chiesero, *e dove fosse Pisone?* Il servo con generosa menzogna *son io Pisone*, rispose; e tosto fu trucidato: nè molto dopo Pisone uccisero; essendovi Bebio Massa, un de' procuratori d' Affrica, che il conosceva, in sin d'allora flagello di tutt' i buoni, e che apparirà sovente fra le cagioni de'mali, che poi ci oppressero. Festo, arrestatosi in Adrumeto a vegliare il fatto, quindi recatosi alla legione, pose Cetronio Pisano, mastro del campo, in carcere per inimicizie private; ma lo chiamava *satellite di Pisone*, e punì alcuni centurioni e soldati, altri di premj onorò; niuno a ragione, ma per mostrare d'aver estinto una guerra. Quindi calmò le discordie degli Oeensi e de'Lettitani, che tra'villani col torsi biade ed armenti, di lievi principj insorte, con armi già si trattavano e con eserciti. Perocchè

tur. Nam populus Oeensis, multitudine inferior, Garamantas exciverat, gentem indomitam, et inter adcolas latrociniis fecundam. Unde arctae Leptitanis res, lateque vastatis agris intra moenia trepidabant: donec, interventu cohortium alarumque, fusi Garamantes, et recepta omnis praeda, nisi quam vagi per inaccessa mapalium ulterioribus vendiderant.

51. *At Vespasiano, post Cremonensem pugnam et prosperos undique nuntios*, cecidisse Vitellium, *multi cujusque ordinis, pari audacia fortunaque hibernum mare adgressi, nuntiavere. Aderant legati regis Vologesi*, quadraginta Parthorum equitum millia *offerentes. Magnificum laetumque, tantis sociorum auxiliis ambiri, neque indigere. Gratiae Vologeso actae, mandatumque*, ut legatos ad senatum mitteret, pacem esse sciret. *Vespasianus, in Italiam resque urbis intentus, adversam de Domitiano famam accipit:* tamquam terminos aetatis et concessa filio egrederetur. *Igitur validissimam exercitus partem Tito tradit, ad reliqua Judaici belli perpetranda.*

52. *Titum, antequam digrederetur, multo apud patrem sermone orasse dicebatur*, ne criminantium nuntiis temere accenderetur: integrumque se ac placabilem filio praestaret. Non legiones, non classes, perinde firma Imperii munimenta, quam numerum liberorum. Nam amicos tempore, fortuna, cupidinibus aliquando, aut erroribus, imminui, transferri, desinere: suum cuique sanguinem indiscretum; sed maxime principibus: quo-

il popolo Oeense, inferior di numero, sollevò i Garamanti, nazione indomita, ed a' vicini terribile per le rapine. Onde ridotti alle strette per il crudele esterminio delle campagne, dentro le mura tremavano i Lettitani; sinochè fanti e cavalli accorsi dispersero i Garamanti, e la intera preda si racquistò, meno quella che per ardue capanne errando vendettero a' più lontani.

51. Ma dopo l' espugnazion di Cremona e le nuove prospere da per tutto, molti di ciascun ordine, postisi in mare d' inverno con pari ardire e fortuna, a Vespasiano recarono *ch' era atterrato Vitellio*. V' eran del re Vologese gli ambasciadori, ed offrivangli *quarantamila cavalli Parti*: magnifica e lieta cosa vedersi intorno ajuto di tante forze, e non averne bisogno. Si ringraziò Vologese, e gli si ordinò *che spedisse ambasciadori al senato, e sapesse che v' era pace*. Vespasiano, intento all' Italia e a Roma, ode novelle indegne di Domiziano, *che trapassasse i termini dell' età, e quanto a figlio era lecito*. Consegna dunque la maggior forza dell' esercito a Tito per consumar la guerra Giudaica.

52. Si bisbigliava che Tito, innanzi che si partisse, pregasse a lungo suo padre *a non accendersi in ira per relazioni maligne, e si mostrasse puro e placabile al figlio. Non legioni, non flotte mantener saldo l' Impero, quanto il numero de' figliuoli. Poichè gli amici col tempo, con la fortuna, talor per capriccio o per imprudenza scemano, variano, mancano: il sangue proprio da niuno mai separarsi, ma spezialmente da' prin-*

rum prosperis et alii fruantur, adversa ad junctissimos pertineant. Ne fratribus quidem mansuram concordiam, ni parens exemplum praebuisset. *Vespasianus, haud aeque Domitiano mitigatus, quam Titi pietate gaudens*, bono esse animo *jubet*, belloque et armis Rempublicam adtollere: sibi pacem domumque curae fore. *Tum celerrimas navium, frumento onustat, saevo adhuc mari committit. Quippe tanto discrimine urbs nutabat, ut decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit, cum a Vespasiano commeatus subvenere.*

53. *Curam restituendi Capitolii in L. Vestinum confert, Equestris ordinis virum, sed auctoritate famaque inter proceres. Ab eo contracti Haruspices monuere*, ut reliquiae prioris delubri in paludes aveherentur; templum iisdem vestigiis sisteretur. Nolle Deos, mutari veterem formam. *Undecimo Kal. Julias, serena luce, spatium omne, quod templo dicabatur, evinctum vittis coronisque. Ingressi milites, quis fausta nomina, felicibus ramis. Dein virgines Vestales, cum pueris puellisque patrimis matrimisque, aqua, vivis e fontibus, amnibusque hausta, perluere. Tum Helvidius Priscus, praetor praeunte Plauto Aeliano, pontifice, lustrata suovetaurilibus area, et super cespitem redditis extis*, Jovem, Junonem, Minervam, praesidesque Imperii Deos *precatus*, uti coepta prosperarent, sedesque suas pietate hominum inchoatas, divina ope adtollerent; *vittas, quis ligatus lapis innexique funes erant,*

cipi; delle cui prosperità godon anch' altri; le avversità toccano a' più congiunti. Non regnerebbe concordia pur tra' fratelli, se il padre non ne porgesse l' esempio. Vespasiano meno placato con Domiziano, che lieto dell'amorevolezza di Tito, lo esorta *a star di buon animo, e con la guerra e con l' armi ravvalorar la Repubblica: ei veglierebbe alla famiglia e alla pace.* Affida quindi al mare ancor tempestoso le più veloci navi cariche di frumento: perocchè Roma da tal disagio era stretta, che ne' granaj v'era frumento appena per diece dì, quando il convoglio le giunse di Vespasiano.

53. Affidò la restaurazione del Campidoglio a Lucio Vestino di grado equestre, ma per fama ed autorità tra' Magnati. Gli Aruspici da lui raccolti avvisarono *che si gettasser nelle paludi gli avanzi del Tempio antico; si rialzasse su' fondamenti medesimi; piacere l' antica forma agl' Iddii.* A' ventuno di Giugno, giorno sereno, tutto il recinto che al Tempio si consagrava s'ornò di bende e corone. V' entrarono de' soldati, coi fausti nomi, con ramoscelli felici. Poi le Vestali, con donzellette e fanciulli di padre e madre ancor vivi, d'acqua l'aspersero attinta a vivi fonti e ruscelli. Quindi Elvidio Prisco pretore, da Plauto Eliano Pontefice preceduto, purgato il suolo con le debite vittime, e postone sopra un cespuglio le viscere, invocati *Giove, Giunone, Minerva, e i tutelari Iddii dell' Imperio, che prosperasser l' impresa, e col divino ajuto il loro seggio inalzassero incominciato dall' umana pietà*, toccò le bende

contiguit. Simul ceteri Magistratus, et Sacerdotes, et Senatus, et Eques, et magna pars populi, studio laetitiaque connixi, saxum ingens traxere: passimque injectae fundamentis argenti aurique stipes, et metallorum primitiae, nullis fornacibus victae, sed ut gignuntur. Praedixere Haruspices, ne temeraretur opus saxo aurove, in aliud destinato. Altitudo aedibus adiecta. Id solum religio adnuere. Et prioris templi magnificentiae defuisse creditum, quo tanta vis hominum retinenda erat.

54. *Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii duplicaverat bellum. Nam Civilis, omissa dissimulatione, in populum romanum ruere. Vitellianae legiones vel externum servitium, quam Imperatorem Vespasianum, malle. Galli sustulerant animos, eandem ubique exercituum nostrorum fortunam rati: vulgato rumore*, a Sarmatis Dacisque Moesica ac Pannonica hiberna circumsideri. *Paria de Britannia fingebantur. Sed nihil aeque, quam incendium Capitolii, ut finem Imperii adesse crederent, impulerat.* Captam olim a Gallis urbem; sed, integra Jovis sede, mansisse Imperium. Fatali nunc igne signum caelestis irae datum. Et possessionem rerum humanarum Transalpinis gentibus portendi, *superstitione vana Druidae canebant. Incesseratque fama; primores Galliarum, ab Othone adversus Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse*, ne deessent libertati, si Popu-

ond' era avvinta la pietra, ed intrecciate le funi. Gli altri magistrati allora, ed i sacerdoti, e il senato, ed i cavalieri, e una gran parte del popolo, di zelo e gioja gareggiando trassero la gran pietra ne' fondamenti, ove qua e là gittaronsi brani d' argento e d' oro ed altri metalli rozzi, non ancor posti in fornace, ma quali nascono. Avean imposto gli Aruspici, che l' opera non si macchiasse con oro o sasso lavorato ad altr' uso. L' altezza accrebbesi dell' edifizio. Ciò sol concesse la religione, e sol ciò parve mancare alla magnificenza del Tempio antico, dovendo contener pure la calca di tanto popolo.

54. La morte intanto per le Gallie e Germanie uditasi di Vitellio avea raddoppiata la guerra. Poichè Civile, toltosi il velo, si scagliò contro i Romani. I Vitelliani bramavan giogo straniero anzichè principe Vespasiano. I Galli s' eran levati a baldanza, credendo eguale per tutto la sorte de' nostri eserciti, romoreggiandosi *che i Daci e i Sarmati stringeano i Mesj e' Pannonici alloggiamenti*. Le stesse cose fingevansi della Brettagna. Ma niente più gli spronava a credere già rovinato l' Imperio, quanto l' incendio del campidoglio. *Che fu da' Galli già Roma presa, ma col seggio di Giove intatto durò l' Imperio. Or dal fatale incendio l' ira del cielo annunziarsi, e presagirsi a' popoli di là dall' Alpi la signoria della terra*, i Druidi con vana superstizione cantavano. Ed era pubblico grido, che i principali Galli, mossi da Ottone contro Vitellio, prima che si partissero, patteggiarono *di non mancare alla libertà, se dalla continuità*

lum Romanum continua bellorum civilium series et interna mala fregissent.

55. *Ante Flacci Hordeonii caedem, nihil prorupit, quo conjuratio intelligeretur. Interfecto Hordeonio, commeavere nuntii inter Civilem Classicumque, Praefectum alae Treverorum. Classicus nobilitate opibusque ante alios. Regium illi genus, et pace belloque clara origo. Ipse, e majoribus suis, hostis Populi Rom. quam socius, jactabat. Miscuere sese Julius Tutor, et Julius Sabinus; hic Trevir, hic Lingon. Tutor ripae Rheni a Vitellio praefectus: Sabinus, super insitam vanitatem, falsae stirpis gloria incendebatur*, proaviam suam Divo Julio, per Gallias bellanti, corpore atque adulterio placuisse. *Hi secretis sermonibus animos ceterorum scrutari. Ubi, quos idoneos, rebantur, conscientia obstrinxere in colonia Agrippinensi in domum privatam conveniunt. Nam publice civitas talibus inceptis abhorrebat. Attamen interfuere quidam Ubiorum Tungrorumque. Sed plurima vis penes Treveros ac Lingonas: nec tulere moras consultandi. Certatim proclamant:* furere discordiis Populum Rom. caesas legiones, vastam Italiam, capi cum maxime urbem, omnes exercitus suis quemque bellis destineri. Si Alpes praesidii firmentur, coalita libertate, dispecturas Gallias, quem virium suarum terminum velint.

56. *Haec dicta pariter probataque. De reliquiis Vitelliani exercitus dubitavere. Plerique* interficiendos *censebant*, turbidos, infidos, sanguine Ducum pollutos. *Vicit ratio parcendi:* ne,

dell'armi civili e dall' interne sciagure fosse mai Roma abbattuta.

55. Prima che Flacco Ordeonio si trucidasse, niun segno di tal congiura scoppiò. Spento Ordeonio, andarono ambascerie tra Civile e Classico, di Cavalieri Treveri capitano. Classico a tutti per opulenza e nobiltà soprastava: nasceva di real sangue, e di stirpe in guerra e in pace onorevole. Egli, pe' suoi maggiori, nemico più che alleato vantavasi de'Romani. Seco meschiaronsi Giulio Tutore e Giulio Sabino, questi Lingone, quei Treviro. Tutore fu da Vitellio posto a vegliar la riva del Reno: Sabino, oltre la natural vanità, della gloria di falsa origine s'accendeva, *per essersi la sua bisavola con Cajo Cesare, che in Gallia allor guerreggiava, in adulterio congiunta.* Questi segretamente esploran gli animi altrui; e, collegatisi quanti eran pronti, nella città d' Agrippina in privata casa convennero: chè tali imprese dal popolo pubblicamente abborrivansi. Alcuni pur v'intervennero degli Ubj e Tungri; ma il maggior numero eran Lingoni e Treviri. Nè tolleraron consulte: gridano a gara *essere il popolo romano in furia per le discordie, le legioni tagliate, l'Italia a sacco, Roma per esser presa, tutti gli eserciti in proprie guerre imbrigati. Se l'Alpi chiudansi, ricuperata la libertà, consulterebbon le Gallie qual voglian termine alle lor forze.*

56. Fu tal consiglio speditamente approvato. Esitarono su gli avanzi de' Vitelliani. Molti opinavano *che si uccidessero, come sediziosi, sleali, lordi del sangue de' capitani*. Prevalse il voto,

sublata spe veniae, pertinaciam accenderent. Adliciendos potius in societatem. Legatis tantum legionum interfectis, ceterum vulgus, conscientia scelerum et spe impunitatis, facile accessurum. *Ea primi concilii forma. Missique per Gallias concitores belli. Simulatum ipsis obsequium, quo incautiorem Voculam opprimerent. Nec defuere, qui Voculae nuntiarent. Sed vires ad coercendum deerant, infrequentibus infidisque legionibus. Inter ambiguos milites, et occultos hostes, optimum e praesentibus ratus, mutua dissimulatione, et iisdem, quibus petebatur, artibus grassari; in coloniam Agrippinensem descendit. Illuc Claudius Labeo, quem captum et extra conventum amandatum in Frisios diximus, corruptis custodibus perfugit. Pollicitusque*, si praesidium daretur, iturum in Batavos, et potiorem civitatis partem ad societatem Romanam retracturum: *accepta peditum equitumque modica manu, nihil apud Batavos, ausus, quosdam Nerviorum Betasiorumque in arma traxit. Et furtimm agis, quam bello, Canninefates Marsacosque incursabat. Vocula, Gallorum fraude inlectus, ad hostem contendit.*

57. *Nec procul Veteribus aberat, cum Classicus ac Tutor, per speciem explorandi praegressi, cum Ducibus Germanorum pacta firmavere. Tumque primum discreti a legionibus proprio vallo castra sua circumdant, obtestante Vocula*: Non adeo turbatam civilibus armis rem Romanam, ut Treveris etiam Lingonibusque despectui sit. Superesse fidas provincias, victores exer-

che loro si perdonasse, *per non irritarne l' ostinazione, toltigli di speranza. Meglio a lega adescarli: spenti soltanto i Legati, l'intero volgo, sentendosi pur colpevole, per guadagnarsi l' impunità prontamente s' accosterebbe.* Tal fu la forma della primiera adunanza: e si mandò per le Gallie ad accender guerra. Finsero essi obbedienza a Vocula per opprimerlo all'improviso. Nè mancò chi Vocula ne avvertisse; ma non aveasi forze da raffrenarli, scemate essendo le legioni e malfide. In mezzo a dubbj soldati e nemici occulti, parvegli il meglio fingere anch'esso e combatterli con le lor arti medesime. Recasi nella città d' Agrippina ove, corrette le guardie, fuggì Claudio Labeone, che preso, come narrammo, e dalla Dieta espulso, ne'Frisj fu confinato. Questi promisegli, *se gli si dessero forze, di andar ne' Batavi, e richiamare la maggior parte dell' Isola alla Romana alleanza:* avuti pochi cavalli e fanti, senza osar nulla tra' Batavi, mosse all'armi alquanti Nervj e Betasj; e più da ladro, che da guerriero infestava i Canninefati ed i Marsachi. Vocula da'Galli a frode allettato, avanzò contro il nemico.

57. Non era egli lontano dal campo vecchio, quando Tutore e Classico fattisi innanzi, come per esplorare, convennero co' capitani Germani. E separatisi allora dalle legioni, divisamente s'accampano, protestando Vocula: *non così Roma dall'armi civili afflitta, che dileggiar si debba da' Treveri e da' Lingoni. Restarle provincie fide, eserciti vittoriosi, la sua fortuna, e i vindici Iddii.*

citus, fortunam Imperii, et ultores Deos. Sic olim Sacrovirum et Aeduos, nuper Vindicem Galliasque, singulis proeliis concidisse. Eadem rursus Numina, eadem fata, ruptores foederum exspectarent. Melius Divo Julio, Divoque Augusto notos eorum animos. Galbam, et infracta tributa, hostiles spiritus induisse. Nunc hostes, quia molle servitium: cum spoliati exutique fuerint, amicos fore. *Haec ferociter locutus, postquam perstare in perfidia Classicum Tutoremque videt, verso itinere, Novesium concedit. Galli duum millium spatio distantibus campis consedere. Illuc commeantium Centurionum militumque emebantur animi: ut (flagitium incognitum) Romanus exercitus in externa verba jurarent, pignusque tanti sceleris nec aut vinculis Legatorum daretur. Vocula, quamquam plerique fugam suadebant, audendum ratus, vocata concione, in hunc modum disseruit.*

58. Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis sollicitior, aut pro me securior. Nam mihi exitium parari, libens audio: mortemque in tot malis honestam, ut finem miseriarum, expecto. Vestri me pudet miseretque, adversus quos non proelium et acies parantur: id enim fas armorum, et jus hostium. Bellum cum Populo Romano vestris se manibus gesturum, Classicus sperat, Imperiumque et sacramentum Galliarum ostentat. Adeo nos, si fortuna in praesens virtusque deseruit, etiam vetera exempla deficiunt: quotiens Romanae legiones perire praeoptaverint, ne loco pellerentur. Socii saepe nostri, exscindi urbes suas, seque cum co-

Così già gli Edui e Sacroviro, dianzi le Gallie e Vindice caddero in una battaglia. I violatori de' patti gli stessi Dii, la stessa sorte s' aspettino. Meglio conobbero il Divo Giulio e il Divo Augusto i lor animi. D' ostili spiriti li riempierono Galba e i soppressi tributi. Son or nemici, perchè benigno è il servaggio: spogliati e nudi che sieno, amici ritorneranno. Ciò detto ferocemente, posciachè vide Tutore e Classico nella perfidia ostinarsi, tornasi indietro a Novesio. I Galli lungi due miglia accamparonsi. Là comperavansi gli animi de' centurioni e soldati che tragittavano, perchè (vergogna inaudita) un romano esercito giurasse obbedienza a barbari, e fosse pegno di tanta ribalderìa la morte o la prigionìa de' Legati. Vocula, benchè molti a fuggire lo confortassero, fattosi ardito, e chiamatoli a parlamento, in cotal guisa arringò.

58. *Io non vi ho mai ragionato, nè tanto inquieto per voi, nè più tranquillo per me. Poichè volentieri ascolto la mia rovina apprestarsi; ed in tante calamità, come il fine d' ogni miseria, aspetto morte onorata. Sento vergogna e pietà di voi, contro cui non s' apparecchiano eserciti, non battaglie; chè tal è il diritto degl' inimici e la ragione dell' armi. Classico spera combatter Roma con le man vostre; e già vanta l' obbedienza vostra giurata alla signorìa delle Gallie. Talmente noi, se or la fortuna e la virtù ci abbandona, dimentichiamo gli antichi esempli? quante volte i romani eserciti amaron anzi pe-*

niugibus ac liberis cremari pertulerunt: neque aliud pretium exitus, quam fides famaque. Tolerant cum maxime inopiam obsidiumque apud Vetera legiones, nec terrore aut promissis demoventur. Nobis, super arma et viros et egregia castrorum munimenta, frumentum et commeatus, quamvis longo bello pares. Pecunia nuper etiam donativo suffecit: quod sive a Vespasiano, sive a Vitellio datum, interpretari mavultis, ab Imperatore certe Romano accepistis. Tot bellorum victores, apud Geldubam, apud Vetera, fuso totiens hoste, si pavetis aciem, indignum id quidem: sed est vallum murique et trahendi artes, donec e proximis provinciis auxilia exercitusque concurrant. Sane ego displiceam. Sunt alii Legati, Tribuni, Centurio denique, aut miles. Ne hoc prodigium toto terrarum orbe vulgetur, vobis satellitibus, Civilem et Classicum Italiam invasuros. An, si ad moenia urbis Germani Gallique duxerint, arma patriae inferetis? Horret animus tanti flagitii imagine. Tutorine Trevero agentur excubiae? Signum belli Batavus dabit? Germanorum catervas supplebitis? quis deinde sceleris exitus? cum Romanae legiones contra direxerint: transfugae e transfugis, et proditores e proditoribus, inter recens et vetus sacramentum invisi Deis errabitis? Te, Jupiter optime maxime, quem per octingentos viginti annos, tot triumphis coluimus, te, Quirine, Romanae parens urbis, precor veneror que, ut, si vobis non fuit cordi, me Duce haec castra incorrupta et intemerata servari, at certe pollui foedarique a Tutore et Classico ne

rire, ch' esser cacciati di posto! Più volte i nostri confederati soffersero che si atterrassero le lor città, d' esser arsi co' figli insieme le mogli, e solo per conservar la fede e la fama. Or più che mai le legioni assedio e fame sopportano in campo vecchio, nè da terrore o da promesse si smuovono. Noi, oltre all' armi e a' soldati ed a' ripari fortissimi, di grano e viveri anche per lunga guerra abbondiamo. Bastò pur ora al donativo il danajo, che o da Vitellio o da Vespasiano vogliate voi riconoscere, lo aveste certo dall' Imperadore Romano. Indegnità pur sarebbe, se vincitori di tante guerre, a Gelduba, a campo vecchio, or paventaste azzuffarvi con un nemico già tante volte disfatto; ma vallo abbiamo e muraglie ed arti da trattenerlo insino a che dalle vicine provincie accorran forze ed eserciti. Sia pure ch' io vi dispiaccia; vi sono altri legati, vi son Tribuni, un centurione alfine, un soldato. Deh! non si spanda per tutto il mondo tal mostruosità, che Civile e Classico assaltino col vostro braccio l' Italia. E che? se i Germani e i Galli alle mura di Roma vi condurranno, volgerete voi l' armi contro la patria? Inorridisco all' immagine di tanta ribalderia. Voi a Tutore di sentinella, ad un Treviro? Un Batavo vi darà il segno della battaglia? Voi supplirete alle masnade Germaniche? Qual sarà poi la fine di tale scelleratezza? Quando contra voi muovano le legioni romane, fuggitivi di fuggitivi, e traditori di traditori andrete odiosi agl' Iddii tra il vecchio e il nuovo giuramento

sinatis. Militibus Romanis aut innocentiam detis, aut maturam et sine noxa poenitentiam.

59. *Varie excepta oratio, inter spem metumque ac pudorem. Digressum Voculam, et de supremis agitantem, liberti servique prohibuere, foedissimam mortem sponte praevenire. Et Classicus, misso Aemilio Longino desertore primae legionis, caedem ejus maturavit. Herennium et Numisium, Legatos, vinciri satis visum. Dein, sumptis Romani Imperii insignibus, in castra venit. Nec illi, quamquam ad omne facinus durato, verba ultra suppeditavere, quam ut sacramentum recitaret. Juravere, qui aderant,* pro Imperio Galliarum. *Interfectorem Voculae altis ordinibus; ceteros, ut quisque flagitium navaverat, praemiis adtollit. Divisae inde inter Tutorem et Classicum curae. Tutor valida manu circumdatos Agrippinenses, quantumque militum apud superiorem Rheni ripam, in eadem verba adigit, occisis Magontiaci Tribunis, pulso castrorum Praefecto, qui detrectaverant. Classicus corruptissimum quemque e deditis* pergere ad obsessos *jubet*, veniam ostentantes, si praesentia sequerentur: aliter nihil spei: famem, ferrumque, et extrema passuros. *Adjecere, qui missi erant, exemplum suum.*

aggirandovi. Te, Giove Ottimo Massimo, da noi con tanti trionfi per ottocentoventi anni onorato; te, Quirino padre di Roma, adoro e priego, che se a voi non piacque, che questo campo sotto il governo mio puro ed intatto si conservasse, non permettiate almeno che sia da Classico e da Tutore vilmente contaminato. O l'innocenza date a' romani soldati, o pentimento sollecito e senza danno.

59. Fu variamente l'arringa, fra la speranza il timore e la vergogna, ascoltata. Vocula si ritrasse già risoluto d'uccidersi; i servi e' liberti suoi gl'impedirono di sottrarsi spontaneamente a morte vergognosissima. E Classico spedì subito Emilio Longino, disertor della prima Legione, a spegnerlo. Contentossi d'imprigionare i Legati Erennio e Numisio. Prese poi del Romano Impero le insegne, recossi al campo. E benchè indurato ad ogni ribalderia, pur non gli resse la voce, che a leggere il giuramento. I circostanti giurarono *alla signoria delle Gallie*. L'uccisor di Vocula ad alti gradi promosse, gli altri a ragion delle loro malvagità. Quindi Tutore e Classico i carichi si divisero. Tutore astringe al medesimo giuramento gli Agrippinesi assediati con forze poderosissime, e quanti v'eran soldati nella superior riva del Reno, spenti a Magonza i Tribuni, e cacciato il mastro del campo, che ricusarono. Classico ordina che i più ribaldi di quanti s'erano arresi *vadano agli assediati, offran perdono se alla fortuna s'arrendono; altrimenti niuna speranza; ma fame e ferro ed ogni strazio s'aspettino.* I Deputati v'aggiunsero il proprio esempio.

60. *Obsessos hinc fides, inde egestas, inter decus et flagitium distrahebant. Cunctantibus solita insolitaque alimenta deerant; absumptis jumentis equisque et ceteris animalibus, quae profana foedaque in usum necessitas vertit. Virgulta postremo et stirpes et internatas saxis herbas vellentes, miseriarum patientiaeque documentum fuere: donec egregiam laudem fine turpi macularent, missis ad Civilem legatis,* vitam *orantes. Neque ante preces admissae, quam in verba Galliarum jurarent. Tum, pactus* praedam castrorum, *dat custodes, qui pecuniam, calones, sarcinas retentarent, atque ipsos leves abeuntes prosequerentur. Ad quintum fere lapidem coorti Germani incautum agmen adgrediuntur. Pugnacissimus quisque in vestigio, multi palantes, occubuere: ceteri retro in castra profugiunt; querente sane Civile et increpante Germanos,* tamquam fidem per scelus abrumperent. *Simulata ea fuerint, an retinere saevientes nequiverit, parum adfirmatur. Direptis castris, faces iniiciunt: cunctosque, qui proelio superfuerant, incendium hausit.*

61. *Civilis, barbaro voto, post coepta adversus Romanos arma, propexum rutilatumque crinem, patrata demum caede legionum, deposuit. Et ferebatur, parvulo filio quosdam captivorum, sagittis jaculisque puerilibus figendos obtulisse. Ceterum neque se, neque quemquam Batavum, in verba Galliarum adegit: fisus Germanorum opibus: et, si certandum adversus Gallos de possessione rerum foret, inclitus fama, et potior.*

60. Dalla fame e dalla fedeltà combattuti fra l'onore e la fellonìa ondeggiavano gli assediati. Con l'indugiare mancarono gli usuali e straordinarj alimenti, consumati ed i giumenti e i cavalli e gli altri animali sozzi ed immondi, che in uso volgonsi dalla necessità. Svellendo in ultimo virgulti, e sterpi, ed erbe nate fra' sassi, esempio furono di miseria e di sofferenza: finchè la splendida gloria con laida fine macchiarono, mandando a pregar di vita Civile. Nè si ascoltarono suppliche, prima che a' Galli giurassero servitù. Patteggiato allora di avere in preda i quartieri, deputa guardie, che ritenessero danari, arnesi, e bagagli, e in sul partire spogliati gli accompagnassero. Non lungi ancor cinque miglia i Germani improvisamente gli assaltano. Sul luogo i più bellicosi, molti sbandati perirono; gli altri fuggono in dietro a' quartieri, dolendosi pur Civile, e sgridando i suoi *che rompessero iniquamente la fede*. S' egli fingesse, o non potesse frenar tal furia, bastantemente non si chiarì. Saccheggiato il campo lo incendiano, e il fuoco divorò quanti avanzarono alla battaglia.

61. Civile, fatto macello delle legioni, recise alfine la bionda chioma crescente per voto barbaro dopo aver preso l'armi contro i Romani. E dicevasi che ponesse alcuni prigioni a bersaglio, perchè da un suo figliuolino si saettassero per trastullo. Peraltro nè se nè Batavo alcuno strinse di fede alle Gallie, fidandosi nella potenza Germanica, ed il suo nome bastandogli e le sue forze, se avesse pure co' Galli a combattere dell' Imperio. Mummio Lu-

Mummius Lupercus, Legatus legionis, inter dona missus Veledae. Ea virgo nationis Bructerae, late imperitabat: vetere apud Germanos more, quo plerasque feminarum fatidicas, et, augescente superstitione, arbitrantur Deas. Tuncque Veledae auctoritas adolevit. Nam prosperas Germanis res et excidium legionum *praedixerat. Sed Lupercus in itinere interfectus. Pauci Centurionum Tribunorumque, in Gallia geniti, reservantur, pignus societatis. Cohortium, alarum, legionum, hiberna subversa cremataque: iis tantum relictis, quae Magontiaci ac Vindonissae sita sunt.*

62. *Legio sextadecima cum auxiliis simul deditis a Novesio in coloniam Treverorum transgredi jubetur, praefinita die, intra quam castris excederet. Medium omne tempus per varias curas egere: ignavissimus quisque, caesorum apud Vetera exemplo, paventes; melior pars rubore et infamia:* quale illud iter? quis Dux viae? et omnia in arbitrio eorum, quos vitae necisque dominos fecissent. *Alii, nulla dedecoris cura, pecuniam aut carissima sibimet ipsi circumdare. Quidam expedire arma, telisque tamquam in aciem accingi. Haec meditantibus, advenit proficiscendi hora, expectatione tristior. Quippe intra vallum deformitas haud perinde notabilis: detexit ignominiam campus et dies. Revulsae Imperatorum imagines, inhonora signa, fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis: silens agmen, et velut longae exsequiae: dux Claudius Santus, effosso oculo, dirus ore, ingenio debilior. Du-*

perco, Legato della Legione, mandossi tra'doni a Velleda. Questa vergine, di nazion Bruttera, un ampio stato signoreggiava, per il costume antichissimo de' Germani, che molte donne fatidiche e, la superstizione aumentandosi, reputan dee. E crebbe allora l'autorità di Velleda per avere vaticinato *ed a' Germani vittoria e alle legioni esterminio.* Ma fu Luperco ucciso per via. Pochi centurioni e tribuni nati in Gallia si riserbarono a pegno dell'alleanza. I quartieri delle coorti, de' cavalli, e delle legioni, si rovesciarono ed arseso, eccetto quelli posti in Magonza ed in Vindonissa.

62. Alla legion sedicesima ed agli ajuti, che unitamente si arresero, si ordina di recarsi nella colonia de' Treveri da Novesio, e di uscire a dì prefisso del Campo. Furono in quel frattempo da varie cure agitati. I più codardi tremavano del macello di campo vecchio; i migliori temevan l'onta e l'infamia, pensando *quali ne andrebbono? qual capo gli condurrebbe? tutto essere in balìa di que' che padroni della lor vita avean fatti*. Altri, insensibili ad ogni scorno, stipavansi di danari e delle cose più care. Alcuni apprestavan l'armi, ed armavansi come in battaglia ne andassero. Tra cosiffatti pensieri giunse pur l'ora della partita, più trista che non pensavasi. Perocchè dentro a' quartieri non era così visibile l'ignominia, come a dì chiaro apparve nella campagna. Le immagini degl' Imperadori atterrate, le insegne squallide, fra le bandiere sfolgoreggianti de' Galli, avanzavano taciturni, quale un convoglio funebre. Guidavali Claudio

plicatur flagitium, postquam, desertis Bonnensibus castris, altera se legio miscuerat. Et, vulgata captarum legionum fama, cuncti, qui paullo ante Romanorum nomen horrebant, procurrentes ex agris tectisque et undique, effusi insolito spectaculo nimium fruebantur. Non tulit ala Piacentina gaudium insultantis vulgi: spretisque Sancti promissis aut minis, Magontiacum abeunt: ac forte obvio interfectore Voculae Longino, conjectis in eum telis, initium exolvendae in posterum culpae fecere. Legiones, nihil mutato itinere, ante moenia Treverorum considunt.

63. *Civilis et Classicus, rebus secundis sublati, an coloniam Agrippinensem diripiendam exercitibus suis permitterent, dubitavere. Saevitia ingenii et cupidine praedae ad excidium civitatis trahebantur: obstabat ratio belli, et novum Imperium inchoantibus utilis clementiae fama. Civilem etiam beneficii memoria flexit, quod filium ejus, primo rerum motu, in colonia Agrippinensi deprehensum, honorate custodierant. Sed Transrhenanis gentibus invisa civitas, opulentia auctuque. Neque alium finem belli rebantur, quam si promuscua ea sedes omnibus Germanis foret, aut, disjecta, Ubios quoque dispersisset.*

64. *Igitur Tencteri, Rheno discreta gens, missis Legatis, mandata apud concilium Agrippinensium edi jubent: quae ferocissimus e legatis in hunc modum protulit:* Redisse vos in cor-

Santo, cieco d'un occhio, d'aspetto fiero e di più misero ingegno. L'onta si raddoppiò, poichè con loro meschiossi l'altra legione, lasciato il campo di Bonna. E al grido corso delle legioni schiave quanti del nome romano testè tremavano, dalle campagne e dalle case accorrendo, e d'ogn'intorno affollatisi, ardentemente gioivano del disusato spettacolo. Non tollerò la cavalleria piacentina il gioir del volgo insolente; e le promesse di Santo e le minacce sprezzate, volge a Magonza, e riscontrato a caso Longino, uccisor di Vocula, ferocemente lo investe, dando così principio ad emendare il suo fallo. Le legioni, senza mutar cammino, si posano sotto le mura de' Treviri.

63. Civile e Classico, inorgogliti per le prosperità, consultarono, se permettessero a' loro eserciti il sacco della colonia Agrippina. La natural ferocia e l'avidità della preda alla rovina spronavali della città: li frenava ragion di guerra e l'opinion di clemenza utile a' fondatori di nuovo imperio. Fu mosso ancora Civile dalla memoria del benefizio, perchè il suo figlio, preso colà nel rompere della guerra, fu custodito onorevolmente nella colonia. Ma i popoli di là dal Reno odiavano la città per l'opulenza e la forza; e giudicavano non si poter altrimenti finir la guerra, se non rendendola comune a tutti i Germani, o disperdendo, con atterrarla, ancor gli Ubj.

64. Adunque i Tenteri, gente divisa dal Reno, mandarono ambasciadori al consiglio degli Agrippinesi, e il più feroce di quelli così n' espose le commissioni. *Noi ringraziamo gl' Iddii comuni*

pus nomenque Germaniae, communibus Deis, et praecipuo Deorum, Marti, grates agimus: vobisque gratulamur, quod tandem liberi inter liberos eritis. Nam ad hunc diem flumina ac terras et caelum quodammodo ipsum clauserant Romani: ut conloquia congressusque nostros arcerent; vel, quod contumeliosius est viris ad arma natis, inermes ac prope nudi, sub custode et pretio coiremus. Sed, ut amicitia societasque nostra in aeternum rata sit, postulamus a vobis, muros coloniae, munimenta servitii, detrahatis: etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliviscuntur: Romanos omnes in finibus vestris trucidetis; haud facile libertas, et domini miscentur: bona interfectorum in medium cedant, ne quis occulere quidquam aut segregare caussam suam possit. Liceat nobis vobisque utramque ripam colere, ut olim majoribus nostris. Quomodo lucem diemque omnibus hominibus; ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. Instituta cultumque patrium resumite, abruptis voluptatibus, quibus Romani plus adversus subjectos, quam armis valent. Sincerus et integer et servitutis oblitus populus, aut ex aequo agetis, aut aliis imperitabitis.

65. *Agrippinenses, sumpto consultandi spatio, quando neque subire conditiones metus futuri, neque palam adspernari conditio praesens, sinebat, in hunc modum respondent.* Quae prima libertatis facultas data est, avidius quam cautius, sumpsimus, ut vobis ceterisque Germanis, consan-

e Marte primario Dio, che ritornati voi siete nel corpo e nome germanico; e ci congratuliamo con voi, che liberi vivrete al fine fra liberi. Poichè sinora i Romani e fiumi e terre, ed il cielo stesso, per così dire, ne chiusero, onde impedire ogni commercio fra noi, o, ciò ch' è più vergognoso ad uomini nati all' armi, perchè inermi, e pressochè nudi, sotto una guardia ed a prezzo ci congregassimo. Ma perchè sia l' amicizia e l' alleanza nostra eternamente durevole, chiediamo a voi, che le mura della colonia, sostegni della tirannide, rovesciate. Le stesse fiere, se le imprigioni, dimentican la lor forza. Che trucidiate quanti ne' vostri confini ha Romani. Mal s' accoppia libertà e signoria. Pongansi i beni degli uccisi in comune; perchè niun possa nasconderli, o segregarsi dagli altri. Sia lecito a noi e a voi di abitare ambo le rive, com' era a' nostri maggiori. Come già a tutti gli uomini la luce e il giorno, così la natura ha dato tutte le terre a' più forti. Riprendete i costumi e le forme patrie; scacciate le morbidezze, onde Roma, più che coll' armi, i sudditi tiranneggia. Allora voi popolo puro, incorrotto, e dimentico d' ogni servaggio, o agli altri vivrete eguali, o gli signoreggerete.

65. Gli Agrippinesi presero tempo a deliberare; nè permettendo accettare le condizioni il timore dell' avvenire, nè l' attuale stato di rifiutarle palesemente, in cotal guisa risposero: *Al primo incontro, che ne si offrì, d' esser liberi, noi con maggiore avidità che prudenza ad unirci a voi ci*

guineis nostris, jungeremur. Muros civitatis, congregantibus se cum maxime Romanorum exercitibus, augere nobis, quam diruere, tutius est. Si qui ex Italia, aut provinciis, alienigenae in finibus nostris fuerant, eos bellum absumpsit, vel in suas quisque sedes refugere. Deductis olim, et nobiscum per connubium sociatis, quique mox provenere, haec patria est. Nec vos adeo iniquos existimamus, ut interfici a nobis parentes, fratres, liberos nostros velitis. Vectigal et onera commerciorum resolvimus. Sint transitus incustoditi; sed diurni et inermes: donec nova et recentia jura in vetustatem consuetudine vertantur. Arbitrum habebimus Civilem et Veledam, apud quos pacta sancientur. *Sic lenitis Tencteris, Legati ad Civilem et Veledam missi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetravere. Sed coram adire adloquique Veledam negatum. Arcebantur adspectu, quod venerationis plus inesset. Ipsa edita in turre: delectus e propinquis consulta responsaque, ut internuntius Numinis, portabat.*

66. *Civilis, societate Agrippinensium auctus, proximas civitates adfectare, aut adversantibus bellum inferre, statuit. Occupatisque Sunicis, et juventute eorum per cohortes composita, quo minus ultra pergeret, Claudius Labeo Betasiorum Tungrorumque et Neviorum tumultuaria manu restitit: fretus loco, quia pontem Mosae fluminis anteceperat. Pugnabaturque in angustiis ambigue, donec Germani transnatantes*

affrettammo ed agli altri Germani nostri congiunti. Mentre i romani eserciti or più che mai si raccolgono, fia miglior senno accrescere, che rovesciare le mura della città. Se v' ebbe tra noi stranieri, d' Italia o d' altre provincie, o li distrusse la guerra, o alle natie contrade si rifuggirono. Per i primi coloni, con esso noi di matrimonio congiunti, e per quanti di loro nacquero, questa è patria. Nè vi crediamo cotanto iniqui da esigere che i nostri padri fratelli e figli da noi s' uccidano. Gabelle e carichi di commercio son tolti. Sieno i passaggi liberi, ma di giorno e pe' disarmati; sinochè i nuovi e freschi diritti sieno dall' uso e dal tempo consolidati. Avremo ad arbitri Civile e Velleda: eglino i patti stabiliranno. Così, raddolciti i Tenteri, mandarono ambasciadori con doni a Civile e a Velleda, ed operarono quanto gli Agrippinesi agognavano. Ma fu negato di presentarsi e parlare a Velleda. Celavasi ad ogni sguardo per esser più venerata. Stavasi in alta torre: uno de' suoi congiunti recavane ed i consulti e gli oracoli, quale interprete della Dea.

66. Civile, dall'alleanza degli Agrippinesi inforzato, deliberò guadagnarsi le convicine città, od assaltarle coll'armi, se ripugnassero. E sottomessi i Sunici, e a compagnie dispostane la gioventù, Claudio Labeone con una truppa tumultuaria di Nervj Tungri e Betasj l'ostile impeto ne rattenne; affidato al sito per aver prima occupato il ponte sopra la Mosa. E combattevasi nello stretto dubbiosamente, quando i Germani passati a nuoto

terga Labeonis invasere. Simul Civilis, ausus, an ex composito, intulit se agmini Tungrorum; et clara voce: non ideo, *inquit*, bellum sumpsimus, ut Batavi et Treveri gentibus imperent. Procul haec a nobis adrogantia. Accipite societatem. Transgredior ad vos, seu me Ducem, seu militem, mavultis. *Movebatur vulgus, condebantque gladios; cum Campanus ac Juvenalis, ex primoribus Tungrorum, universam ei gentem dedidere. Labeo, antequam circumveniretur, profugit, Civilis Betasios quoque ac Nervios, in fidem acceptos, copiis suis adjunxit: ingens rerum, perculsis civitatum animis, vel sponte inclinantibus.*

67. *Interea, Julius Sabinus, projectis foederis Romani monumentis,* Caesarem *se salutari jubet: magnamque et inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam civitatem et nobis fidam. Nec Sequani detrectavere certamen. Fortuna melioribus adfuit. Fusi Lingones. Sabinus festinatum temere praelium pari formidine deseruit. Utque famam exitii sui faceret, villam, in quam perfugerat, cremavit. Illic voluntaria morte interiisse creditus. Sed, quibus artibus latebrisque vitam per novem mox annos traduxerit, simul amicorum ejus constantiam, et insigne Epponinae uxoris exemplum, suo loco reddemus. Sequanorum prospera acie belli impetus stetit. Resipiscere paullatim civitates, fasque et foedera respicere, principibus Remis: qui per Gallias edixere*, ut missis Legatis in commune consultarent, libertas an pax placeret.

assalirono Labeone alle spalle. Nel punto stesso Civile, o fosse ardire o concerto, scagliossi in mezzo de' Tungri, e ad alta voce gridò: *non già prendemmo la guerra perchè i Batavi e i Treviri a' popoli signoreggino. Lungi da noi tale arroganza. In società collegatevi. A voi mi dono, o capitano o soldato che mi vogliate*. Il volgo si commoveva, e abbassavano già le spade, quando Giovenale e Campano de' principali Tungri tutta gli diedero la nazione. Fuggì Labeone prima che l'involgessero. Civile, ricevuti sotto la fede anche i Betasj ed i Nervj, gli aggiunse a' suoi; grande d'imprese, per gli animi delle città o guadagnati o atterriti.

67. Intanto Giulio Sabino, ogni memoria atterrata della romana alleanza, fa salutarsi *Cesare*; e con grande e scomposto numero di Lingoni vola a ruina de' Sequani, popolo a noi confine e fedele. Nè ricusarono i Sequani la battaglia. Fortuna arrise a' migliori: i Lingoni si sbaragliarono. Con egual paura Sabino abbandonò la zuffa furiosamente affrettata. E per farsi reputar morto, arse la villa ove si ricovrò. Là fu creduto ch' e'si togliesse la vita. Ma con quali arti ed in quali tane vivesse ancora nov' anni, e la costanza de' suoi amici, e il chiaro esempio della sua moglie Epponina, a suo luogo racconteremo. Il successo de' Sequani arrestò l'impeto della guerra. A poco a poco ravvidersi le città, rispettarono la ragione ed i patti, mosse da' Remi, che pubblicarono per le Gallie *che in general consiglio, per mezzo di ambasciadori, o pace o libertà si scegliesse*.

68. *At Romae cuncta in deterius audita Mucianum angebant, ne, quamquam egregii Duces (jam enim Gallum Annium, et Petilium Cerialem delegerat) summam belli parum tolerarent. Nec relinquenda urbs sine rectore. Et Domitiani indomitae libidines timebantur: suspectis, uti diximus, Primo Antonio, Varoque Arrio. Varus, Praetorianis praepositus, vim atque arma retinebat. Eum Mucianus pulsum loco, ne sine solatio ageret, annonae praefecit. Utque Domitiani animum, Varo haud alienum, deliniret, Arretinum Clementem, domui Vespasiani per adfinitatem innexum, et gratissimum Domitiano, Praetorianis praeposuit,* patrem ejus sub Cajo Caesare, egregie functum ea cura, dictitans: laetum militibus idem nomen, atque ipsum, quamquam Senatorii ordinis, ad utraque munia sufficere. *Adsumuntur e civitate clarissimus quisque; et alii per ambitionem. Simul Domitianus Mucianusque accingebantur, dispari animo. Ille spe ac juventa properus; hic moras nectens, quis flagrantem retineret, ne ferocia aetatis, et pravis impulsoribus, si exercitum invasisset, paci belloque male consuleret. Legiones victrices sexta et octava, Vitellianarum unaetvicesima, e recens conscriptis secunda, Peninis Cottianisque Alpibus, pars monte Grajo, traducuntur: XIV legio e Britannia; sexta ac decima ex Hispania accitae. Igitur venientis exercitus fama, et suopte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarum civitates, in Remos convenere. Treverorum Legatio illic opperiebatur, acerrimo*

68. Ma in Roma, tutto narrandosi in peggio, addolorava Muciano, che i capitani benchè valenti (perocchè aveva già scelto Annio Gallo e Petilio Ceriale) non sostenessero il carico della guerra. Nè da lasciarsi la città senza capo; e si temeva delle sfrenate libidini di Domiziano; sospetti, come narrammo, Antonio Primo e Arrio Varo. Varo, prefetto de' pretoriani, serbava la forza e l' armi. Ne lo spogliò Muciano, e per temprarne il rancore gli diede il carico dell' Annona. Per addolcire poi l'animo di Domiziano propenso a Varo, pose al governo de' pretoriani Arretino Clemente, unito a' Flavj di parentela, e carissimo a Domiziano, spacciando *che il padre suo lo sostenne onorevolmente nel principato di Cajo Cesare: grato tal nome a' soldati: ed esso, benchè dell' Ordine Senatrio, bastava all' uno ed all' altro incarico*. Assumonsi i più cospicui della Città, ed altri per ambizione. Domiziano insieme e Muciano a tale impresa accingevansi, con animo differente: quegli ardentissimo di speranza e di gioventù; questi intrecciando indugj, onde frenarne l'ardore, perchè, impadronendosi dell' esercito, con la feroce età e co' pessimi incitatori la pace insieme e la guerra non intrigasse. Le vincitrici legioni sesta ed ottava, la ventunesima de' Vitelliani, e de' coscritti ultimi la seconda, s' inviano parte per l' Alpi Penine e Cozie, e parte per l' Alpi Graje. Chiamansi, di Brettagna la legione quattordicesima, la legion sesta e la decima dalla Spagna. Al grido adunque dell' appressante esercito, ed inclinando già per natura i popoli delle Gallie alla pace, si congregarono in Remi. Quivi

instinctore belli Tullio Valentino. Is meditata oratione cuncta, magnis Imperiis objectari solita, contumeliasque et invidiam in Pop. Romanum effudit: turbidus miscendis seditionibus, et plerisque gratus vecordi facundia.

69. *At Julius Auspex, e primoribus Remorum,* vim Romanam pacisque bona *dissertans, et* sumi bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cujusque periculo geri, jamque super caput legiones, *sapientissimum quemque reverentia fideque, juniores periculo ac metu, continuit. Et Valentini animum laudabant, consilium Auspicis sequebantur. Constat, obstitisse Treveris Lingonibusque apud Gallias, quod, Vindicis motu, cum Verginio steterant. Deterruit plerosque provinciarum aemulatio:* quod bello caput? unde jus auspiciumque peteretur? quam, si cuncta provenissent, sedem Imperio legerent? *Nondum victoria, jam discordia erat: aliis foedera, quibusdam opes viresque, aut vetustatem originis, per jurgia jactantibus. Taedio futurorum praesentia placuere. Scribuntur ad Treveros epistolae, nomine Galliarum,* ut abstinerent armis, impetrabili venia, et paratis deprecatoribus, si poeniteret. *Restitit idem Valentinus, obstruxitque civitatis suae aures, haud perinde instruendo bello intentus, quam frequens concionibus.*

70. *Igitur non Treveri, neque Lingones, ceteraeve rebellium civitates, pro magnitudine su-*

aspettava l'ambasceria de'Treviri con Tullio Valentino acerrimo istigatore di guerra. Costui con istudiato discorso versò quanto rimproverarsi è solito a'grand' imperj a vituperio ed odio di Roma: terribile a sollevar tumulti, e grato a molti per forsennata eloquenza.

69. Ma Giulio Auspice, de' principali Remi, *sopra la forza Romana e gli utili della pace* parlamentando, *e come la guerra si prende ancora da' vili, ma col pericolo trattasi de' più forti; e già sul collo ne stavano le legioni;* contenne i saggi con la riverenza e col credito, i giovani con la paura e il pericolo. Ed il coraggio di Valentino lodavano, alla prudenza d' Auspice s' attenevano. Gli è certo che presso a'Galli nocque a'Lingoni ed a'Treviri l'essersi uniti a Virginio nel movimento di Vindice. Molti ne sbigottì la gara delle città, *chi reggerebbe la guerra? donde si prenderebbon gli auspicj e l'autorità? se riuscisse ogni cosa, ove la sede porrebbesi dell' imperio?* Non aveano ancor vinto, ed erano già discordi; con insolenza vantando, altri le loro alleanze, alcuni l'opulenza e le forze, o l' antichità dell' origine. Per noja delle future cose appagaronsi delle presenti. A'Treviri in nome scrivesi delle Gallie *di posar l' armi, e pentendosi troverebbono intercessori e perdono*. Lo stesso Valentino s'oppose, e serrò le orecchie della sua patria, non così pronto ad apprestare la guerra, come a bravare nelle assemblee.

70. Non i Treviri dunque, non i Lingoni, nè l'altre città ribelli s'adoperavano secondo il carico

scepti discriminis agere. Ne Duces quidem in unum consulere. Sed Civilis avia Belgarum circumibat: dum Claudium Labeonem capere, aut exturbare nititur. Classicus, segne plerumque otium trahens, velut parto Imperio fruebatur. Ne Tutor quidem maturavit superiorem Germaniae ripam et ardua Alpium praesidiis claudere. Atque interim unaetvicesima legio Vindonissa, Sextilius Felix cum auxiliariis cohortibus per Rhaetiam inrupere. Accessit ala Singularium, excita olim a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa. Praeerat Julius Briganticus, sorore Civilis genitus, ut ferme acerrima proximorum odia sunt, invisus avunculo infensusque. Tutor Treverorum copias, recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorum delectu auctas, veterano pedite atque equite firmavit, conruptis spe, aut metu subactis legionariis: qui primo cohortem, praemissam a Sextilio Felice, interficiunt; mox ubi Duces exercitusque Romani propinquabant, honesto transfugio rediere: secutis Tribocis Vangionibusque et Caracatibus. Tutor, Treveris comitantibus, vitato Magontiaco, Bingium concessit; fidens loco, quia pontem Navae fluminis abruperat: sed incursu cohortium, quas Sextilius ducebat, et reperto vado, proditus fususque. Ea clade perculsi Treveri, et plebes, omissis armis, per agros palatur. Quidam Principum, ut primi posuisse bellum viderentur, in civitates, quae societatem Romanam non exuerant, perfugerunt. Legiones a Novesio Bonnaque in Treveros, ut supra me-

dell' impresa. Nè i capi insieme si consigliavano. Ma Civile si ravvolgeva per i deserti de' Belgi, mentre si sforza a cacciare o prendere Labeone. Classico, in ozio vile marcendo, godevasi, come già guadagnato, l' imperio. Neppur Tutore affrettossi a chiuder con l' armi il passo del Reno e la sommità delle Alpi. E intanto la legion ventunesima da Vindonissa, Sestilio Felice con le coorti ausiliari entrarono per la Rezia. La cavalleria vi s' aggiunse *de' Singolari*, chiamata già da Vitellio, poi datasi a Vespasiano. La comandava Giulio Brigantico, nato di una sorella di Civile, odioso e nemico al zio, come son gli odj per l' ordinario acerbissimi tra' congiunti. Tutore, accresciute con fresca leva di Trìboci Vangioni e Caràcati le compagnie de' Treviri, le rinforzò di cavallerìa e fanterìa veterana; corrotti i legionarj con la speranza, o sforzati con la paura; i quali da prima uccidono una coorte mandata innanzi da Sestilio Felice; poscia, appressando gli eserciti e i capitani romani, a noi con fuga onorata si ricongiunsero, seguitati da' Vangioni, da' Trìboci, e da' Caràcati. Tutore insieme co' Treviri, evitata Magonza, recossi a Bingio; affidato al sito, perocchè ruppe il ponte sopra la Nava. Ma Sestilio, trovato il guado, con le sue squadre lo assalse improvisamente, e lo sbaragliò. Sbigottì tale sconfitta i Treviri; e il volgo, gettate l' armi, disperdesi per le campagne. Alquanti Grandi, per esser creduti i primi a lasciar la guerra, nelle città rifuggironsi non ribellatesi ancora alla romana alleanza. Le legioni che da Novesio e da Bonna, come narrammo, ne' Treviri si condussero, spontaneamente giurarono a Ve-

moravimus, traductae, se ipsae in verba Vespasiani adigunt. Haec Valentino absente gesta: qui ubi adventabat furens, cunctaque rursus in turbas et exitium conversurus, legiones in Mediomatricos, sociam civitatem, abscessere. Valentinus ac Tutor in arma Treveros retrahunt: occisis Herennio ac Numisio, Legatis, quo minore spe veniae cresceret vinculum sceleris.

71. *Hic belli status erat, cum Petilius Cerialis Magontiacum venit. Ejus adventu erectae spes. Ipse pugnae avidus et contemnendis, quam cavendis, hostibus melior, ferocia verborum militem incendebat: ubi primum congredi licuisset, nullam praelio moram facturus. Delectus per Galliam habitos in civitates remittit, ac nuntiare jubet*, sufficere Imperio legiones. Socii ad munia pacis redirent, securi, velut confecto bello, quod Romanae manus excepissent. *Auxit ea res Gallorum obsequium. Nam, recepta juventute, facilius tributa toleravere, proniores ad officia, quod spernebantur. At Civilis et Classicus, ubi* pulsum Tutorem, caesos Treveros, cuncta hostibus prospera *accepere, trepidi, ac properantes, dum dispersas suorum copias conducunt, crebris interim nuntiis Valentinum monuere*, ne summae rei periculum faceret. *Eo rapidius Cerialis, missis in Mediomatricos, qui breviore itinere legiones in hostem verterent, contracto, quod erat militum Magontiaci, quantum secum transvexerat, tertiis castris Rigodulum venit; quem locum magna Treverorum manu Valentinus insederat, montibus aut Mosella amne septum; et*

spasiano. Opraronsi tali cose in assenza di Valentino, il qual tornando infuriato per mettere nuovamente a tumulto ed a rovina ogni cosa, si ritirarono le legioni ne' Mediomàtrici, nostri alleati. Valentino e Tutore raccendono all'arme i Treviri, uccisi i legati Erennio e Numisio, perchè in minore speranza d'impunità si raddoppiasse il vincolo di fellonìa.

71. Così la guerra si travagliava, quando arrivò Petilio Ceriale a Magonza. Al giunger suo la speranza si ravvivò. Egli avido di battaglie, e più eccellente a sprezzare che a vigilare il nemico, infiammava con la ferocia delle parole il soldato, fermo di cimentarsi tosto che gli si offrisse opportunità di combattere. Rimanda nelle città gli ajuti sceltisi per le Gallie, imponendo loro di riferire *che bastano le legioni all' Imperio: tornino gli alleati agli esercizj di pace: ed abbiano per finita una guerra assunta dalla romana virtù*. Tal atto accrebbe la riverenza de' Galli: poichè, riavuta la gioventù, tolleravano più volentieri i tributi; più docili, perchè disprezzati. Ma quando Civile e Classico intesero *sbaragliato Tutore; disfatti i Treviri; tutto arridere agl' inimici;* sbigottiti e solleciti, mentre le sparse forze raccolgono, con iterati messaggi avvertirono Valentino *a non rischiare ogni cosa*. Ceriale tanto più ratto spedisce ne' Mediomàtrici a volgere per la più corta via le legioni contr' a' nemici, e raccolte quant' eran forze in Magonza e quante seco ne trasse, giunge in tre giorni a Rigòdulo, occupato da Valentino con grossa banda di Treviri, chiuso da' monti e

addiderat fossas, obicesque saxorum. Nec deterruere ea munimenta Romanum Ducem, quo minus peditem perrumpere juberet, equitum aciem in collem erigeret, spreto hoste; quem, temere conlectum, haud ita loco juvari, ut non plus suis in virtute foret. Paullum morae in adscensu, dum missilia hostium praevehuntur. Ut ventum in manus, deturbati ruinae modo praecipitantur. Et pars equitum, aequioribus jugis circumvecta, nobilissimos Belgarum, in quis Ducem Valentinum, cepit.

72. *Cerialis postero die coloniam Treverorum ingressus est, avido milite eruendae civitatis:* hanc esse Classici, hanc Tutoris, patriam: horum scelere clausas caesasque legiones. Quid tantum Cremonam meruisse; quam e gremio Italiae raptam, quia unius noctis moram victoribus adtulerit? Stare in confinio Germaniae integram sedem, spoliis exercituum et Ducum caedibus ovantem. Redigeretur praeda in fiscum: ipsis sufficere ignes, et rebellis coloniae ruinas, quibus tot castrorum excidia pensarentur. *Cerialis, a metu infamiae, si licentia saevitiaque imbuere militem crederetur, pressit iras: et paruere, posito civili bello, ad externa modestiores. Convertit inde animos accitarum e Mediomatricis legionum miserabilis adspectus. Stabant conscientia flagitii moestae, fixis in terram oculis. Nulla inter coeuntes exercitus consalutatio. Neque solantibus hortantibusve responsa dabant, abditi per tentoria, et lucem ipsam vitantes. Nec perinde periculum aut metus, quam pudor ac dedecus, obstupefe-*

dalla Mosella, ed egli vi aggiunse forze e muraglia. Tali barriere non atterrirono il capitano romano di farle assaltar da' fanti, e spingere verso il colle i cavalieri in battaglia, beffandosi del nemico, il quale tumultuariamente raccoltosi non era così dal luogo ajutato, che più non fosse valor ne' suoi. Fu travaglioso il salire finochè superossi la scarica delle saette. Venuti appena alle mani, a guisa di una rovina precipitan gl'inimici. E parte della cavallerìa girando i colli men erti prese i più nobili Belgi, tra cui Valentino lor capitano.

72. Il giorno poi Ceriale entrò nella Colonia de' Treviri, ardendo tutto l' esercito di esterminar la città: *essere questa di Classico, questa di Tutore, la patria; per la cui fellonia le legioni e chiuse furono e trucidate. E che di più meritò Cremona, svelta di grembo all' Italia, per aver solo una notte frenato l' impeto de' vincitori? E questa serbasi intatta in su' confini della Germania, de' spogli delle legioni e delle stragi de' capitani trionfante. Fosse il bottino del Fisco: bastare ad essi l' incendio e la distruzione della città ribelle, onde ricompensar le rovine di tanti Campi*. Ceriale, per non acquistarsi infamia mostrandosi di fomentar la licenza e la crudeltà de' soldati, l' ire ne raffrenò; ed obbedirono, più modesti nelle straniere guerre, cessate già le civili. Voltò poi gli animi il miserabile aspetto delle legioni chiamate da' Mediomàtrici. Stavan per lo rimorso della perfidia meste, con gli occhi a terra. Ogni saluto tacque nel riunirsi gli eserciti: nè rispondevano a chi li consolava o animava, celatisi

cerat: adtonitis etiam victoribus, qui vocem precesque adhibere non ausi, lacrymis ac silentio veniam poscebant. Donec Cerialis mulceret animos, fato acta *dictitans*, quae militum Ducumque discordia, vel fraude hostium, evenissent. Primum illum stipendiorum et sacramenti diem haberent: priorum facinorum neque Imperatorem, neque se meminisse. *Tunc recepti in eadem castra, et edictum per manipulos, ne quis in certamine jurgiove seditionem aut cladem commilitoni objectaret.*

73. *Mox Treveros ac Lingones, ad concionem vocatos, ita adloquitur.* Neque ego unquam facundiam exercui; et Populi Romani virtutem armis adfirmavi. Sed, quia apud vos verba plurimum valent, bonaque ac mala non sua natura, sed vocibus seditiosorum, aestimantur; statui pauca disserere, quae, profligato bello, utilius sit vobis audisse, quam nobis dixisse. Terram vestram, ceterorumque Gallorum, ingressi sunt Duces Imperatoresque Romani, nulla cupidine, sed majoribus vestris invocantibus, quos discordiae usque ad exitium fatigabant. Et acciti auxilio Germani sociis pariter atque hostibus servitutem imposuerant. Quot praeliis adversus Cimbros Teutonosque, quantis exercituum nostrorum laboribus, quove eventu Germanica bella tractaverimus, satis clarum. Nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur: sed ne quis alius Ariovistus regno Galliarum potiretur. An vos cariores Civili Batavisque et Thransrhenanis genti-

per le tende, e fuggendo la stessa luce: nè il pericolo o la paura, quanto il rossore e l'infamia, gl' istupidì, sbigottitisi i vincitori medesimi, che non osando muovere parole e prieghi, chiedevano con le lagrime e col silenzio perdono; sinochè Ceriale gli animi ne addolcì, *accagionando il destino di quanto avvenne per le discordie de' capitani e soldati, o per frode degl' inimici. Quel dì guardassero come il primo e di soldo e di giuramento: delle passate sciagure nè l' imperadore nè lui ricordarsi*. Furono quindi accolti nel campo stesso; e si bandì per le squadre, che niuno rimproverasse al compagno o sedizione o sconfitta.

73. Poi convocati i Treviri ed i Lingoni, in tal guisa parlamentò: *Io non ho mai professato eloquenza, ed ho mostrato il valor romano con l' armi. Ma perchè molto vaglion con voi le parole; e il bene e 'l male, non quale egli è, ma secondo le grida estimasi de' sediziosi, ho risoluto di scorrere alcune cose, le quali, spenta la guerra, a voi più giovi d' aver intese, che a noi discorse. Nel territorio vostro e degli altri Galli entrarono capitani e imperadori romani, non per avidità, ma chiamati da' vostri padri insino a morte straziati dalle discordie: ed i Germani da lor chiamati in ajuto avevano imposto il giogo agli alleati ed a' nemici egualmente. Con quante battaglie contro i Teutoni ed i Cimbri, con quanti strazj de' nostri eserciti, e con qual esito da noi le guerre germaniche si trattarono, chiaro è abbastanza. Nè già del Reno c' impadronimmo per sostenere l' Italia, ma per-*

bus creditis, quam majoribus eorum patres avique vestri fuerunt? Eadem semper caussa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque avaritia et mutandae sedis amor, ut, relictis paludibus et solitudinibus suis, foecundissimum hoc solum, vosque ipsos possiderent. Ceterum libertas et speciosa nomina praetexuntur: nec quisquam alienum servitium et dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet.

74. Regna bellaque per Gallias semper fuere, donec in nostrum jus concederetis. Nos, quamquam totiens lacessiti, jure victoriae id solum vobis addidimus, quo pacem tueremur. Nam neque quies gentibus sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt. Cetera in communi sita sunt. Ipsi plerumque legionibus nostris praesidetis: ipsi has aliasque provincias regitis. Nihil separatum, clausumve. Et laudatorum Principum usus ex aequo, quamvis procul agentibus: saevi proximis ingruuntur. Quomodo sterilitatem, aut nimios imbres, et cetera naturae mala; ita luxum, vel avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines: sed neque haec continua, et meliorum interventu pensantur. Nisi forte, Tutore et Classico regnantibus, moderatius imperium speratis: aut minoribus, quam nunc, tributis parabuntur exercitus, quibus Germani Britannique arceantur. Nam pulsis (quod Dii prohibeant) Romanis, quid aliud, quam bella

chè niun altro Ariovisto usurpi la signoria delle Gallie. Vi credete forse più cari a Civile, a' Batavi, e a' popoli di là dal Reno, che agli antenati loro non furono i padri e gli avoli vostri? La stessa cagione muoverà sempre i Germani a passare in Gallia, libidine, ed avarizia, e brama di mutar cielo, e, lasciate le lor paludi e deserti, questo fecondissimo suolo e voi medesimi signoreggiare. Libertà certo e pomposi nomi si spacciano; ma niuno mai bramò sorgere a signoria sopra l' altrui schiavitù, che queste voci medesime non usurpasse.

74. *Tiranni e guerre sempre mai furono per le Gallie, sino che a noi vi arrendeste. Noi, benchè tante volte irritati, sol v' imponemmo a ragione della vittoria quanto bastasse a conservarne la pace. Poichè non può nè la tranquillità delle nazioni senz' armi, nè l' armi senza stipendj, nè gli stipendj senza tributi, ottenersi. Comune è il resto fra noi. Voi comandate spesso le legion nostre: queste ed altre provincie voi governate. Nulla vi è chiuso o diviso. E vi giovate egualmente de' buoni principi, benchè lontani: i crudeli infieriscono su i vicini. Come la sterilità, le tempeste, e altri mali della natura, così tollerate voi la libidine e l' avarizia de' dominanti. Vi saran vizj finchè sien uomini: ma nè son questi continui, e dalle altrui virtù si compensano. Seppur, regnando Tutore e Classico, non isperate più docile signoria; o con meno tributi d' ora s' appresteranno gli eserciti, onde i Germani respingere ed i Britanni.*

omnium inter se gentium existent? Octingentorum annorum fortuna disciplinaque compages haec coaluit, quae convelli, sine exitio convellentium, non potest. Sed vobis maximum discrimen, penes quos aurum et opes, praecipuae bellorum caussae. Proinde pacem et urbem, quam victi victoresque eodem jure obtinemus, amate, colite. Moneant vos utriusque fortunae documenta, ne contumaciam cum pernicie, quam obsequium cum securitate, malitis. *Tali oratione graviora metuentes composuit, erexitque.*

75. *Tenebantur victore exercitu Treveri, cum Civilis et Classicus misere epistolas ad Cerialem, quarum haec sententia fuit.* Vespasianum, quamquam nuntios occultaret, excessisse vita. Urbem atque Italiam interno bello consumptam. Muciani ac Domitiani vana et sine viribus nomina. Si Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus civitatum contentos: si praelium mallet, ne id quidem abnuere. *Ad ea Cerialis Civili et Classico nihil: eum, qui adtulerat ipsas epistolas, ad Domitianum misit. Hostes, divisis copiis, advenere undique. Plerique culpabant Cerialem, passum jungi, quos discretos intercipere licuisset. Romanus exercitus castra fossa valloque circumdedit, quis temere antea intutis consederat. Apud Germanos diversis sententiis certabatur.*

76. *Civilis*, opperiendas Transrhenanorum gentes, quarum terrore fractae Pop. Rom. vires obte-

Poichè, scacciati i Romani (che nol consentan gl'Iddii), che altro mai ne avverrà, se non guerra tra tutti i popoli? Con la fortuna e la disciplina di ottocent' anni crebbe tal macchina, la qual non può senz' eccidio de' distruttori distruggersi. Ma voi stringe il maggior pericolo, voi, che d' oro e di ricchezze abbondate, primarj incitamenti di guerre. Perciò riverite, amate la pace e Roma, la quale e vincitori e vinti con eguale autorità possediamo. Vi ammoniscan gli esempj dell' una e l' altra fortuna a non voler più tosto con rovina ostinarvi, che obbedire con sicurezza. Con tale arringa li ricompose ed incoraggì, che maggiore severità s'aspettavano.

75. Teneva Treviri l'esercito vincitore, quando Civile e Classico scrissero a Ceriale in questa sentenza: *Vespasiano, benchè la nuova se ne occultasse, esser morto: Roma e l' Italia da civil guerra distrutte: Muciano e Domiziano esser nomi vani ed imbelli. Se Ceriale agogni la signoria delle Gallie, essi dentro i confini di lor città si starebbono: se preferisse combattere, neppur ciò ricusavano.* Ceriale nulla su ciò rispose a Civile e a Classico: mandò l' apportator della lettera a Domiziano. I nemici, divisi in corpi, arrivarono d'ogni banda. Molti incolpavano Ceriale, chè permettesse di unirsi que' che divisi potevano esterminarsi. L' esercito romano cinse di fossa e d' argine il campo. Eravi tra' Germani contrarietà di consigli.

76. Civile proponea *d' aspettar le genti di là dal Reno, dal cui terrore abbattute le intere*

rerentur. Gallos quid aliud, quam praedam victoribus? Et tamen, quod roboris sit, Belgas, secum palam aut voto stare. *Tutor* cunctatione crescere rem Romanam, *adfirmabat*, coeuntibus undique exercitibus. Transvectam e Britannia legionem: accitas ex Hispania: adventare ex Italia: nec subitum militem, sed veterem expertumque belli. Nam Germanos, qui ab ipsis sperentur, non juberi, non regi, sed cuncta ex libidine agere: pecuniamque ac dona, quis solis corrumpantur, majora apud Romanos, et neminem adeo in arma pronum, ut non idem praetium quietis, quam periculi, malit. Quod si statim congrediantur, nullas esse Ceriali, nisi ex reliquiis Germanici exercitus, legiones, foederibus Galliarum obstrictas. Idque ipsum, quod inconditam nuper Valentini manum contra spem suam fuderint, alimentum illis Ducique temeritatis. Ausuros rursus, venturosque in manus, non imperiti adolescentuli, verba et conciones, quam ferrum et arma, meditantis, sed Civilis et Classici: quos ubi adspexerint, redituram in animos formidinem, fugam, famemque, ac totiens captis precariam vitam. Neque Treveros aut Lingonas benevolentia contineri: resumpturos arma, ubi metus abscesserit. *Diremit consiliorum diversitatem, adprobata Tutoris sententia, Classicus; statimque exequuntur.*

77. *Media acies Ubiis Lingonibusque data: dextro cornu cohortes Batavorum; sinistro Bru-*

forze romane si fracassassero. I Galli che altro essere se non preda de' vincitori? Eppure, il lor nervo, i Belgi esser con loro palesemente o con l'animo. Tutore affermava, *coll' indugiare crescer la forza romana, unendosi d' ogni banda gli eserciti. Una legione venuta già di Brettagna; altre chiamate di Spagna; giugnerne dall' Italia; nè truppa in fretta accozzata, ma veterana e provata in guerra. I Germani poi, ch' essi aspettano, non tollerar comando, non freno; ma governarsi a capriccio. Danaro e doni, co' quali solo corromponsi, esserne più tra' Romani; nè alcuno d' animo tanto feroce a combattere, che a pari prezzo la quiete non preferisca al pericolo. Che se vengasi tosto all' armi, non aver Ceriale, che le reliquie delle legioni germaniche, ed obbligate per giuramento alle Gallie. La stessa rotta, dianzi data fuor d' ogni loro speranza, a loro ed al capitano accresceva temerità. Ardirebbono nuovamente, e darebbero nelle mani, non d' un fanciullo inesperto, migliore ad usar la lingua che a trattar l' armi; ma di Civile e di Classico, alla cui vista ritornerebbe loro nell' animo la paura, e la fuga, e la fame, e la tante volte impetrata vita da' vincitori. Nè per benevolenza congiunti i Treviri ed i Lingoni: ripiglierebbon l' armi, cessato appena il timore.* Classico tolse la diversità de' pareri, al consiglio attenendosi di Tutore; ed all' impresa s'accingono.

77. Nel mezzo gli Ubj e i Lingoni si collocarono; le compagnie de' Batavi nel destro corno; nel

cteri Tenterique. Pars montibus, alii viam inter Mosellamque flumen, tam improvisi adsiluere, ut in cubiculo ac lectulo Cerialis (neque enim noctem in castris egerat) pugnari simul vincique suos audierit, increpans pavorem nuntiantium, donec universa clades in oculis fuit. Perrupta legionum castra, fusi equites: medius Mosellae pons, qui ulteriora coloniae adnectit, ab hostibus insessus. Cerialis, turbidis rebus intrepidus, et fugientes manu retrahens, intecto corpore promptus inter tela, felici temeritate, et fortissimi cujusque adcursu reciperatum pontem, electa manu firmavit. Mox in castra reversus, palantes captarum apud Novesium Bonnamque legionum manipulos, et rarum apud signa militem, ac prope circumventas aquilas videt. Incensus ira, non Flaccum, *inquit*, non Voculam deseritis. Nulla hic proditio. Neque aliud excusandum habeo, quam quod vos, Gallici foederis oblitos, praedixerim, memoriam Romani sacramenti tenere credidi. Adnumerabor Numisiis et Herenniis: ut omnes Legati vestri, aut militum manibus, aut hostium, ceciderint. Ite, nuntiate Vespasiano, vel, quod propius est, Civili et Classico, relictum a vobis in acie Ducem. Venient legiones, quae neque me inultum, neque vos impunitos patiantur.

78. *Vera erant; et a Tribunis Praefectisque eadem ingerebantur. Consistunt per cohortes et manipulos: neque enim poterat patescere acies, effuso hoste, et impedientibus tentoriis sarcinis-*

sinistro i Brutteri e i Tenteri; parte pe' monti, altri fra la Mosella e la strada assaltarono tanto improvisamente, che Ceriale dalla sua camera e dal suo letto (poichè non passò la notte nel campo) insieme udì la battaglia e lo sbaraglio de' suoi, la codardìa rabbuffando de' relatori, sinchè mirò con gli occhi suoi l'esterminio. Atterrato il campo delle legioni; sbaragliati i cavalli; il ponte della Mosella, che la città congiunge, occupato dall'inimico. Ceriale, in tanto travaglio intrepido, e con la mano i fuggitivi arrestando, scagliandosi quasi nudo fra l'armi, con felice temerità e con l'ajuto de' più magnanimi ricuperato il ponte, di scelta guardia lo rinforzò. Poi ritornato nel campo, vede sbrancate le squadre delle legioni prese a Novesio ed a Bonna, rari i soldati alle insegne, e già l'aquile circondate. Acceso d'ira, *non Flacco*, disse, *non Vocula abbandonate. Niun tradimento è qui. Nè d'altro ho a discolparmi che di avervi pubblicato* [6] *dimentichi dell'alleanza Gallica, creduto fermi nell'osservanza del giuramento romano. Mi ascriverò tra i Numisj e gli Erennj, perchè tutti i vostri Legati sien dalle vostre mani, o de' nemici, trafitti. Andate, a Vespasiano recate, o, ciò ch'è pur meglio, a Civile e a Classico, che il vostro capitano lasciaste nella battaglia. Verran legioni, le quali nè senza vendetta me, nè voi lasceranno senza gastigo.*

78. Erano veri i rimproveri; e da' tribuni e prefetti eguali se ne scagliavano. Stringonsi in coorti ed a squadre: poichè spiegar non potevasi la battaglia, inondando i campi il nemico, ed intrigan-

que, cum intra vallum pugnaretur. Tutor, et Classicus, et Civilis, suis quisque locis, pugnam ciebant: Gallos pro libertate, *Batavos* pro gloria, *Germanos* ad praedam *instigantes. Et cuncta pro hostibus erant. Donec legio unaetvicesima, patentiore, quam ceterae, spatio conglobata, sustinuit ruentes; mox impulit. Nec sine ope divina, mutatis repente animis, terga victores vertere. Ipsi, territos se cohortium adspectu ferebant, quae primo impetu disjectae, summis rursus jugis congregabantur, ac speciem novi auxilii fecerant. Sed obstitit vincentibus pravum inter ipsos certamen, hoste omisso, spolia consectandi. Cerialis, ut incuria prope rem adflixit, ita constantia restituit: secutusque fortunam, castra hostium eodem die capit excinditque.*

79. *Nec in longum quies militi data. Orabant auxilium Agrippinenses; offerebantque uxorem ac sororem Civilis et filiam Classici, relicta sibi pignora societatis. Atque interim dispersos in domibus Germanos trucidaverant. Unde metus et justae preces invocantium, antequam hostes reparatis viribus ad spem, vel ad ultionem accingerentur. Namque et Civilis illuc intenderat, non invalidus, flagrantissima cohortium suarum integra: quae ex Chaucis Frisiisque composita, Tolbiaci, in finibus Agrippinensium, agebat. Sed tristis nuntius avertit*, deletam cohortem dolo Agrippinensium: *qui largis epulis vinoque sopitos Germanos, clausis foribus,*

doli i padiglioni ed i carriaggi, perocchè dentro i ripari si combatteva. Civile e Tutore e Classico, ciascun dal suo luogo, animavano la battaglia, infiammando i Galli *per la libertà*, i Batavi *per la gloria*, i Germani *alla preda*. E tutto favoriva i nemici; sinchè la legion ventunesima, in più largo spazio che l'altre tutte raccoltasi, l'impeto ne sostenne, poi lo respinse. Nè senza divino ajuto, cangiato cuore in un tratto, voltano i vincitori le spalle. Dicevano che gli atterrì l'aspetto delle coorti, che, al primo impeto sbaragliate, in cima a' colli di nuovo si raccozzavano, e parver nuovo soccorso. Ma rovinò la vittoria la trista gara fra loro di correr dietro alla preda, abbandonato il nemico. Ceriale, come per negligenza fu presso a rovinare l'impresa, così con la intrepidezza la ristorò: e seguitando pur la fortuna, prende e distrugge lo stesso giorno il campo degl'inimici.

79. Nè diessi lungo riposo al soldato. Imploravano ajuto gli Agrippinesi; e la sorella e la moglie offrivano di Civile, e la figliuola di Classico, ad essi lasciate in pegno dell'alleanza. Ed ammazzarono intanto i Germani sparsi per le lor case. Onde a ragione temevano e supplicavano, prima che gl'inimici, ricuperate le forze con la speranza, sorgesser anche a vendetta. Civile in fatti là s'affrettava, essendo intera la più feroce delle sue squadre, la qual composta di Cauci e Frisj stanziava in su' confini della colonia, a Tolbiaco. Ma lo rattenne la trista nuova *che dagli Agrippinesi fu sbaragliata ad inganno*, i quali, chiuse le porte, e appiccato il fuoco, arsero i Germani nel vino e nella

igne injecto, cremavere. Simul Cerialis propero agmine subvenit. Circumsteterat Civilem et alius metus, ne quartadecima legio, adjuncta Britannica classe, adflictaret Batavos, qua Oceano ambiuntur. Sed legionem terrestri itinere Fabius Priscus, Legatus, in Nervios Tungrosque duxit. Eaeque civitates in deditionem acceptae. Classem ultro Canninefates adgressi sunt: majorque pars navium depressa, aut capta. Et Nerviorum multitudinem sponte commotam, ut pro Romanis bellum capesseret, iidem Canninefates fudere. Classicus quoque adversus equites, Novesium a Ceriale praemissos, secundum praelium fecit. Quae modica, sed crebra, damna famam victoriae nuper partae lacerabant.

80. *Iisdem diebus Mucianus Vitellii filium interfici jubet: mansuram discordiam obtendens, ni semina belli restinxisset. Neque Antonium Primum adsciri inter comites a Domitiano passus est: favore militum anxius, et superbia viri, aequalium quoque, adeo superiorum, intolerantis. Profectus ad Vespasianum Antonius, ut non pro spe sua excipitur, ita neque averso Imperatoris animo. Trahebatur in diversa: hinc meritis Antonii, cujus ductu confectum haud dubie bellum erat; inde Muciani epistolis: simul ceteri, ut* infestum tumidumque *insectabantur, adjunctis prioris vitae criminibus. Neque ipse deerat adrogantia vocare offensas, nimius commemorandis, quae meruisset.* Alios, *ut* imbelles, Caecinam, *ut* captivum ac deditícium, *in-*

crapola immersi. Ceriale allora con pronta forza v'accorse. Era Civile inoltre da un'altra paura stretto, che la legione quattordicesima unitasi all'armata brittannica non travagliasse i Batavi, ove son cinti dal mare. Ma Flavio Prisco Legato trasse per terra quella legione contro de'Nervj e de'Tungri; e quelle città s'arresero. Assaltarono i Canninefati l'armata, e ne affondarono o presero la maggior parte. E dagli stessi Canninefati fu sbaragliato un volgo di Nervj, spontaneamente sorto a combattere per i Romani. Classico ancora prosperamente azzuffossi con i cavalli spediti innanzi a Novesio da Ceriale: i quali tenui, ma spessi danni, oscuravano lo splendore della recente vittoria.

80. Ne'giorni stessi Muciano fa uccidere il figliuol di Vitellio, allegando che la discordia eternavasi, ove di guerra i semi non si spegnessero. Nè tollerò che fosse Antonio Primo trascelto ad essere del corteggio di Domiziano: inquieto per il favor de'soldati e l'alterigia d'un uomo non usa a soffrire eguali, non che maggiori. Antonio recatosi a Vespasiano, se l'accoglienze non ebbe che si aspettava, non fu pur di mal cuore accolto. Era il Principe combattuto e da'servizj d'Antonio, per lo cui senno fu certo la guerra estinta, e dalle lettere di Muciano: gli altri ancora, come *fastoso e maligno*, lo laceravano, aggiuntevi le vergogne della passata sua vita. Nè desisteva egli stesso d'irritar gli odj con l'arroganza, vantando troppo i suoi meriti. Straziava *gli altri* come *codardi*, *Cecina* come *un prigione e un arreso*. Onde il suo cre-

crepat. Unde paullatim levior viliorque haberi, manente tamen in speciem amicitia.

81. *Per eos menses, quibus Vespasianus Alexandriae statos aestivis flatibus dies, et certa maris opperiebatur, multa miracula evenere, quis coeli favor et quaedam in Vespasianum inclinatio Numinum ostenderetur. Ex plebe Alexandrina quidam, oculorum tabe notus, genua ejus advolvitur,* remedium caecitatis *exposcens gemitu; monitu Serapidis Dei, quem dedita superstitionibus gens ante alios colit: precaturque Principem,* ut genas et oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. *Alius manum aeger, eodem Deo auctore,* ut pede ac vestigio Caesaris calcaretur, *orabat. Vespasianus primo inridere, adspernari: atque, illis instantibus, modo famam vanitatis metuere, modo obsecratione ipsorum et vocibus adulantium in spem induci. Postremo existimari a medicis jubet, an talis caecitas ac debilitas ope humana superabiles forent. Medici varie disserere:* huic non exesam vim luminis, et redituram, si pellerentur obstantia: illi elapsos in pravum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari. Id fortasse cordi Deis, et divino ministerio Principem electum. Denique patrati remedii gloriam penes Caesarem, inriti ludibrium penes miseros, fore. *Igitur Vespasianus, cuncta fortunae suae patere ratus, nec quidquam ultra incredibile, laeto ipse vultu, erecta, quae adstabat, multitudine, jussa exequitur. Statim conversa ad usum manus, ac caeco reluxit dies. Utrumque, qui interfuere,*

dito a poco a poco invilì, restandogli pur l'apparenza dell'amicizia col Principe.

81. Ne' mesi, che Vespasiano in Alessandria aspettava i venti, che nella state spirano regolarmente propizj alla navigazione, molti miracoli avvennero, onde il favor del cielo attestavasi, ed una certa per Vespasiano inclinazion degli Dei. Uno del popolo Alessandrino, noto per la sua cecità, gittaglisi a' ginocchi, e piangendo pregalo a risanarlo, ispirato dal Dio Serapide, che da quel popolo immerso nelle superstizioni principalmente s'adora. E supplicava al Principe, *che le palpebre e gli occhi con la sciliva sua gli bagnasse*. Un altro, di una mano rattratto, dal Dio medesimo consigliato, lo scongiurava, *che con la pianta del piede Cesare gliela calcasse*. Vespasiano ne ride in prima, e rigettali; ed insistendo quelli, teme nol taccino di vanità: poscia per gli scongiuri loro e per le voci degli adulanti entra in speranza: in ultimo ordina a' medici di esaminare, se tale cecità e rattrazione fosse per senno umano sanabile. Diversamente i medici ragionarono: *non morta in questo la facoltà visiva; ravviverebbesi, se si togliesse l'ingombro: distrattisi all' altro i muscoli, e potersi da virtù medica risanare. Forse così piacere agli Dei, e sceltone alla divina opera il Principe. Finalmente, seguendo la guarigione, la gloria sarà di Cesare: ove fallisca, lo scherno sarà de' miseri*. Vespasiano dunque, credendo ogni cosa piana alla sua fortuna, e nulla incredibile, con lieto volto, fiso guardandolo il popolo, adempie quanto imponevasi. Tosto la mano

nunc quoque memorant, postquam nullum mendacium pretio.

82. *Altior inde Vespasiano cupido adeundi sacram sedem, ut super rebus Imperii consuleret.* Arceri templo cunctos, *jubet. Atque ingressus, intentusque Numini, respexit pone tergum e primoribus Aegyptiorum nomine* Basiliden; *quem procul Alexandria plurium dierum itinere, et aegro corpore detineri haud ignorabat. Percunctatur Sacerdotes*, num illo die Basilides templum inisset? *percunctatur obvios*, num in urbe visus sit? *denique, missis equitibus, explorat, illo temporis momento octoginta millibus passuum abfuisse. Tunc divinam speciem et vim responsi, ex nomine* Basilidis, *interpretatus est.*

83. *Origo Dei nondum nostris auctoribus celebrata; Aegyptiorum antistites sic memorant:* Ptolemaeo regi, qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit, cum Alexandriae recens conditae moenia templaque et religiones adderet, oblatum, per quietem, decore eximio et majore quam humana specie juvenem, qui moneret, *ut, fidissimis amicorum in Pontum missis, effigiem suam acciret: laetum id Regno, magnamque et inclitam sedem fore, quae excepisset.* Simul visum eumdem juvenem in coelum igne plurimo adtolli. *Ptolemaeus, omine et miraculo excitus, Sacerdotibus Aegyptiorum, quibus mos talia intelligere, nocturnos visus aperit. Atque illis, Ponti et externorum parum gnaris, Timotheum Atheniensem e gente Eumolpidarum, quem, ut anti-*

riebbesi; e la vista al cieco si ravvivò. L'uno e l' altro da que' che furon presenti narrasi anch'oggi, che niun guadagno si spera dalla menzogna 7.

82. Quindi Vespasiano in maggior brama s' accese di visitare quel sacro luogo per consultarvi sopra l' Imperio. Fa tutti del tempio uscire, ed entratovi, e intento al Dio, videsi dietro le spalle un de' primarj egiziani, detto *Basilide*, il qual sapeva che infermo, e molte giornate lungi erasi d' Alessandria. I sacerdoti interroga, *se in quel giorno entrò nel tempio Basilide?* interroga quant' incontra, *s'ei videsi per la città?* spediti alfine de' cavalieri, accertasi ch'era in quel punto ottanta miglie lontano. Comprese allora che fu visione, e quanto col nome pur di *Basilide* gli denunziava l'Oracolo.

83. L' origine di questo Dio non è per anco da' nostri autori illustrata: i sacerdoti egiziani così la narrano. *Al Re Tolomeo, che de' Macedoni il primo assodò l' imperio egiziano, mentre di mura di templi e culto adornava l' ancor nascente Alessandria, si offerse un giovane in sogno, di segnalata avvenenza e più che umana figura, per ammonirlo a spedire in Ponto i più fidi amici e trarne il suo simulacro: sarebbe ciò fausto al regno; ed in grandezza e splendore verrebbe il luogo che l' accogliesse:* e vide il giovane *in mezzo a fuoco ardentissimo levarsi al cielo*. Tolomeo, scosso dal miracolo e dall' augurio, espose il sogno a' sacerdoti egiziani, da' quali i sogni sogliono interpretarsi. Ed essendo quelli poco istruiti del Ponto e de' costumi stranieri, in-

stitem coerimoniarum, Eleusine exciverat, quaenam illa superstitio, quod Numen? *interrogat. Timotheus, quaesitis qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illic Sinopen, nec procul templum, vetere inter adcolas fama, Jovis Ditis. Namque et muliebrem effigiem adsistere, quam plerique Proserpinam vocent. Sed Ptolemaeus, ut sunt ingenia Regum, pronus ad formidinem, ubi securitas rediit, voluptatum quam religionum adpetens, negligere paullatim, aliasque ad curas animum vertere: donec eadem species, terribilior jam et instantior*, exitium ipsi regnoque *denuntiaret*, ni jussa patrarentur. *Tum legatos et dona Scydrothemidi, Regi (is tunc Sinopensibus imperitabat) expediri jubet: praecipitque navigaturis*, ut Pythium Apollinem adeant. *Illis mare secundum: sors oraculi haud ambigua:* irent, simulacrumque patris sui reveherent, sororis relinquerent.

84. *Ut Sinopen venere, munera, preces, mandata Regis sui Scydrothemidi adlegat. Qui versus animi, modo Numen pavescere, modo minis adversantis populi terreri; saepe donis promissisque Legatorum flectebatur. Atque interim triennio exacto, Ptolemaeus non studium, non preces omittere. Dignitatem Legatorum, numerum navium, auri pondus augebat. Tum minax facies Scydrothemidi offertur*, ne destinata Deo ultra moraretur. *Cunctantem varia pernicies, morbique et manifesta coelestium ira graviorque in dies fatigabat. Advocata concio-*

terroga Timoteo ateniese, della generazion degli Eumolpidi, ch'egli chiamò d'Eleusi per sacerdote primario, *quale superstizione*, *e qual Deità fosse quella?* Timoteo seppe da quelli che in Ponto andarono, esservi là la città di Sinope, nè lungi il tempio, per fama antica tra' paesani, di Giove Dite. Perocchè presso stavagli una figura di donna, che i più chiamavan Proserpina. Ma Tolomeo, com'è natura de're, facile a spaventarsi, cessata poi la paura, più di piaceri voglioso che di misteri, a poco a poco obbliollo, volgendo l'animo ad altri oggetti: sinchè la stessa immagine, più terribile e minaccevole, *la rovina del regno e sua* gli annunziò, *se non compieva il comando.* Spedisce, allora ambasciadori con doni al Re Scidrotemide, il quale allora i Sinopj signoreggiava, ed ordina loro nell'imbarcarsi *di presentarsi ad Apollo Pizio.* Ebbero prospero vento; e parlò chiaro l'Oracolo: *andassero*, *e il simulacro del padre suo riportassero*; *lasciasser quello della sorella.*

84. Appena giunsero in Sinope, presentano a Scidrotemide i doni, i prieghi, gl'incarichi del proprio Re. Quegli, discorde ne'suoi pensieri, ora temeva il Dio, or atterrivasi alle minacce del popolo ripugnante, spesso da'doni e dalle promesse de' messaggeri piegavasi. E scorsi intanto tre anni non tralasciava uffizj nè suppliche Tolomeo. La pompa delle ambasciate, il numero delle navi, la quantità dell'oro aumentava. Apparve alfine una figura terribile a Scidrotemide, minacciandolo, *se ritardasse ancora il voler del Dio.* Indugiando ancora, varie sciagure, e morbi, e la palese ira del

ne, jussa Numinis, suos Ptolemaeique visus, ingruentia mala *exponit*. *Vulgus adversari Regem, invidere Aegypto, sibi metuere, templumque circumsidere*. *Major hinc fama tradidit*, Deum ipsum adpulsas litori navis sponte conscendisse. *Mirum inde dictu, tertio die, tantum maris emensi, Alexandriam adpelluntur*. *Templum pro magnitudine urbis extructum loco, cui nomen Rhacotis*. *Fuerat illic sacellum, Serapidi atque Isidi antiquitus sacratum*. *Haec de origine et advectu Dei celeberrima*. *Nec sum ignarus, esse quosdam, qui* Seleucia, urbe Syriae, accitum regnante Ptolemaeo, quem tertia aetas tulit: *alii* auctorem eumdem Ptolamaeum; sedem, ex qua transierit, Memphim, *perhibent, inclytam olim, et veteris Aegipti columen*. *Deum ipsum multi* Aesculapium, quod medeatur aegris corporibus; *quidam* Osirin, antiquissimum illis gentibus Numen; *plurimi* Ditem partem, insignibus, quae in ipso manifesta, *aut per ambages conjectant*.

85. *At Domitianus Mucianusque, antequam Alpibus propinquarent, prosperos rerum in Treveris gestarum nuntios accepere*. *Praecipua victoriae fides, Dux hostium Valentinus, nequaquam abjecto animo, quos spiritus gessisset, vultu ferebat*. *Auditus ideo tantum, ut nosceretur ingenium ejus, damnatusque, inter ipsum supplicium, exprobranti cuidam* patriam ejus captam, accipere se solatium mortis, *respondit*. *Sed Mucianus, quod diu occultaverat, ut recens*

cielo ogni dì più cruda, lo travagliavano. Adunato il popolo, espone *la volontà del Dio*, *le sue visioni e di Tolomeo*, *le incalzanti calamità*. Il popolo s'oppone al Re; l'Egitto invidia, teme per sè medesimo, assedia il tempio. Quindi maggior prodigio raccontasi, *che il Dio stesso entrò da sè nelle navi già presso al lido:* e, maraviglia a dirsi, corso in tre dì tanto mare, approdarono ad Alessandria. Un tempio gli s'innalzò, degno di tanta città, nel luogo detto Racoti, ove fu la cappella già consagrata ad Iside ed a Serapide. Questa è la voce più celebrata sopra l'origine e sull'arrivo di questo Dio. Nè ignoro esservi alcuni, che *tratto* il narrano *di Seleucia*, *città di Siria*, *nel regno di Tolomeo*, *che terzo signoreggiò:* altri, *condotto da Tolomeo medesimo*, *ma di Menfi*, splendore un giorno e sostegno del vecchio Egitto. Molti, *esser egli Esculapio*, *perchè risana le infermità;* certi, *Osiride*, *Dio antichissimo di que' popoli;* alcuni, *Giove*, *come signore del mondo;* i più, *Dite padre*, *dagli ornamenti*, *che in esso appajono*, o per congetture, argomentano.

85. Ma Domiziano e Muciano, prima di giungere all'Alpi, ebber gli avvisi delle felici imprese ne' Treviri. Principal documento della vittoria fu Valentino, capo degl' inimici, che niente abbattuto d'animo serbava ancor la fierezza del cuore in viso. Fu quindi solo ascoltato per avvisarne l'indole, poi condannato: nel trarsi a morte, ad uno che rinfacciavagli *che la sua patria era presa*, ei rispose, *perciò m'è caro morire*. Ma Muciano allora, qual nuovo consiglio, espresse quanto già da gran tempo

